Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de


David Heinrich Köpken Helmut Christian Schütze Gerhard Gerling

Memoriam Conradi Lostii Wismariensis, J. V. D. Et Ab Anno M CCCCLXXXIII. Ad Ann. MDIII. Episcopi Sverinensis Renovatam, Disputatione Publica I. ... : Anno M DCC VII., d. III. Februar. ...

Rostochii: Weppling, 1707

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0001
DFG

1. Schütze, H. Car. Memoria Conradi Loffii
Rost. 1707.

2. Berling, G. Memoria Conradi Loffii
Rost. 1707.

3. Koepken, D. H. Memoria Conradi
Loffii Rost. 1707.

S. 570. 1–3.

~~A. 1118~~ 1–3

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0002
DFG

Q. D. B. V.

MEMORIAM CONRADI LOSTII

WISMARIENSIS,

J. V. D.

ET AB ANNO M CCCCLXXXIII. AD ANN. MDIII.

EPISCOPI SVERINENSIS

RENOVATAM,

DISPUTATIONE PUBLICA I.

IN ARCHIDIACONATU EJUS FINIENTE,

EADEMQVE CIRCULARI,

PRAESIDE

DAVIDE HENRICO KOEPKENIO,

PHIL. & TH. D. & HISTOR. PROFESS. DUCAL.

IN ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS

AUDITORIO MAXIMO

ANNO MDCCVII. d. III. FEBRUAR.

IN IPSO CATHEDRAE EJUS FESTO

HORIS ANTEMERID.

AMICO COMMILITONUM EXAMINI SUBMITTET

HELM. CHRISTIAN. Schütze/

GARZA - MEKLENBURG.

ROSTOCHII,

Typis Joh. Wepplingi, Seren. Princ. & Acad. Typogr.

48

N=20

VIRO

Excellentissimo, Consultissimo atqve Pronobilissimo,

DOMINO

HENR. GUSTAV. SCHEFFELIO,

Sereniſſimi Ducis Regnantis Meklenburgici Conſiliario Juſtitiæ Graviſſimo.

Ut &

VIRO

Admodum Reverendo, Ampliſſimo, Doctiſſimoq;

DOMINO

IOACH. MARTIN. SCHUMANNO,

Theologo Pio, & Eccleſiæ Cathedralis Sverinenſis Paſtori Vigilantiſſimo,

Dominis Patronis, atq; Fautoribus ſuis

omni obſervantiæ cultu

cupidiſſimè colendis

Hanc Diſſertationem

LOSTII

CIVIS IPSORUM

memoriam renovantem

In diligentiſſimam ſtudiorum ſuorum commendationem

obſeqvioſe dicat

HELMUHT CHRISTIAN Schütze.

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK ROSTOCK

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0004
DFG

LECTORI BENEVOLO
S. P. D.

DAV. HENR. KOEPKEN, D.



Ondum qvinqve admodum anni effluxerunt, cum in hac ipsa Academia Vitam B. KUTZERI, primi, post suffocata Romanensis aulæ dogmata, evangelici, in celeberrima hac Civitate, Doctoris, ex monumentis illo tempore mihi extraneo concessis, literis & luci committere placuit. In qvo qvidem negocio, si, qvod, tenuioris licet, adhibuimus operæ, ingenuorum virorum calculum assequi potuerit, nobis magnopere gratulamur. Eqvidem tunc temporis

poris haud parum ad evulgandam illam memoriam Kutzerianam nos incitavit benevolentia Venerabilis Domini *FECHTII* noſtri, cujus Viri exploratam eo tempore de conatu noſtro ſententiam, in literis ad nos, ſeqventibus verbis conceptam legere licuit: *perplacuere mihi omni modo pagellæ tuæ, hiſtoriam Sluteri tanta & perſpicuitate, & accuratione enarrantes, ut ego qvidem nec deſiderare in iis qvicqvam, nec animadvertere qveam. Gratulor potius Urbi huic noſtræ, cujus primum Evangelii præconem, ipſo antiqvitatis ſilentio hactenus qvaſi ſepultum, ex inferis qvaſi revocas, & in novã lucem producis. Qvo pacto non tantum de Urbe noſtra, ſed de univerſa terra Meklenburgica optime qvidem mereris.* Cujus, benigniori tamen, judicio aliorum hinc inde non minus benevola deinde acceſſerunt ſuffragia. Has vero omnium blandiores voces licet amori potius Optimorũ Virorum in nos plane ſingulari tribuamus, qvam qvod ingenii noſtri tenuitatem capere eas arbitremur: neminem tamen fore exiſtimabimus, cui id ſcribendi genus, qvod bene meritorum famæ inſervit, ad ſolam ſcriptoris jucunditatem, referendum eſſe videatur. Habet omnino ſuam utilitatem, & ſicut omnis hiſtoria apertiſſimum providentiæ divinæ eſt argumentum, & ad vitæ communis uſum maximopere facit, ita vitas illuſtrium Virorum ſi qvis apto orationis filo pertexuerit, multam lectori occaſionem ſuppeditabit, de divinæ gubernationis ſenſu ſibi gratulandi: ſic in rebus aliis, variisqve caſibus, utiliſſimis eum inſtruet præceptis, & aliorum, in fide & moribus, vel integritatem, vel impuritatem, vel conſtantiam vel mobilitatem exponens

nens, propositis illis exemplis opportune sollicitabit, & vel ad imitationem, vel ad aversationem fortissime inducet, ne qvam debiti aliorum virtutibus officii mentionem hic adjiciam. Hinc est, ut complures egregios viros illius non pœnituerit operæ, qvam in commemorandis aliorum virtutibus, vel recensendis etiam vitiis, totiusqve vitæ intervallis dimetiendis adhibuerunt. Qvin illustres qvandoqve personæ id sibi muneris datum esse putarunt, ut vel suam ipsius vitæ historiam literis proderent, vel aliorum, vita sua bene defunctorum, merita posterorum memoriæ commendarent. Nemo in sacris paginis adeo negligenter versatus erit, qvin elegantissima non sane pauca exempla hoc ipsum efficere observaverit. Nec addubitabit qvispiam, illum Romanæ Monarchiæ statorem C. JULIUM CÆSAREM, ad eam nominis famam, qvæ universum orbem impleret, non tam rerum gestarum magnitudine grassari voluisse, qvam qvod nitidissimo eas scripturæ genere prosequeretur. A qvo qvi imperium nactus est, OCTAVIANUS, itidem non indignum sua persona censuit, vitæ suæ historiam multis libris complecti (*a*). Ita aliorum etiam principum bonorum vitas versibus exposuit AURELIUS ALEXANDER SEVERUS, Imperator Romanus paucis secundus, plurimis vero longe anteferendus (*b*) Cujus tamen industriæ minime cessit GORDIANUS Senior, qvem Antoniniados triginta libris Antoninorũ histo-

 riam

(a) *Vid. SVETON.* (b) *Ex testimonio Lampridii apud MATTHIAM in Theatr. Histor. pag. m. 606.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0007
DFG

riam conscripsisse commemorat *CAPITOLINUS* (c). Nondum in publicis literarum monumentis exolevit memoria ANNÆ COMNENÆ, Alexii Imperatoris filiæ, & Nicephori uxoris, mulieris certe inter erudi-tissimas referendæ, cum Alexiade sua, sive rerum à Patre gestarum historia (*d*), non vulgarem diligen-tiæ laudem assecuta sit. Sicuti & JOHANNES CAN-TACUZENUS ea propter in historiis non parum nobilitatus est, qvod ex Imperatore Monachus fa-ctus, sub nomine Christoduli de Imperio Andronici, nec minus suo, luculentam qvatuor libris reliqverit enarrationem (*e*). Non immerito idem literarum studium, recentiori ævo, CAROLUM IV. Imperatorem publicæ rei studiosissimum nova dignatione obruisse existimabimus, si, per aliorum negociorum intervalla, vitæ suæ historiam diligenter admodum Eum scribere cœpisse (f), percipiamus. Idem dicendum de singulari illo historiarum, tum historicorum omnium ornamento MAXIMILIANO I. qvi historiæ rerum gestarum Friderici V. & suæ ipsius vitæ Autor est præcelsissimus (*g*). Imo

(c) *Apud eundem MATTHIAM l. c. p. 616.* (d) *Vid. ARNOLD. K. u. K. Historie P. I. Lib. XII. c. 3. §. 1. M. JOHANNES Sauerbrey posteriori Dissert. de fœminar erudit. in Catal. §. 1. M. FRID. GREGOR. LAUTENS. Dissert. de Originibus Aug. Comnenorum Gentis, in Præfam & omnino REINHARDI Theatr. Prudent. pag. 341.* (e) *KOENIGII Bibliotheca V. & N. & MARTINI ZEILERI Tract. de Historic. Celebr.* (f) *SAGITTARIUS Introduct. in H. E. p. 634.* (g) *Qvæ à Marco Threitz Saurwein ab Ehrentreitz, qvi Maximiliano*

Imo ex omni antiqvitate pariter, atqve recentiori ætate plura hujus diligentiæ peti possent exempla; illisqve maxime illustribus personis qvodammodo annumerari mererentur, NITHARDUS, & EGINHARDUS, Caroli Magni Nepos, & Gener (*h*), ARNOLDUS Comes Vogburgensis, Marchio de Cham, HERMANNUS Contractus, Comes ille Veringius, BENNO Cardinalis, & ipse AENEAS SYLVIUS (*i*), ERNESTUS Comes in Mansfeld, & Rector qvondam Academiæ Jenensis Magnificentissimus (*l*), & complures alii, si institutum nobis foret, pleniorem eorum connectere catalogum, cum ex his abunde jam pateat, qvantum famæ decus illa autoribus suis comparaverit industria. Enimvero id qvam longissime absit, ut in societatem earum laudum, qvibus tantos Viros posteritas certatim celebrare studuit, venire moliamur, vanissimum enim foret, illud seqvi, qvod tenuitatem nostram prorsus fugeret: est tamen cur literariæ rei, tum etiam petitis eorum, qvibus debemus, non male nos consulturos speremus, si illustrium illorum exemplorum radiis animati, unius, alteriusve Viri bene meriti historiam exposuerimus. Ea spe memoriam CONRADI LOSTII, Sverinensium, illa Pontificia ætate, Pontificis multo

---

liano à scribendis literis fuit, pure descripta, atq; elegantissimis imaginibus in ligno exsculptis exornata in Bibliotheca Cæsarea asservatur, apud eundem SAGITTAR. l. c. p. 637.

(h) *Confer. de utroq; hoc* KOENIG. *in Biblioth. &* MARTIN. ZEILERI *de Histor. celebrib.* (i) *Vid. eosdem, Autor.* (l) SAGITTAR. *l. c. p. 621.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0009
DFG

multo ſpectatiſſimi, ex fontibus fide digniſſimis in præſentiarum renovamus. Cui ſi id deeſſe arbitraberis L.B, qvod non omnes circumſtantias luculenter ſatis propoſuerimus, & forſan plura ad hiſtoriam ejus vitæ ſpectantia omiſerimus, veniam certe habebis neceſſitati, qvippe qvi iis debuimus eſſe contenti, qvæ vel Ampliſſimo Domino *SCHULTETO*, Sverinenſis Archivi Præfecto multo ſolertiſſimo, Fautori noſtro honoratiſſimo, in abditiſſimis ſcriniis reperire licuit, à qvo nonnulla, qvod grato hic agnoſcimus animo, benevole, nobiſcum communicata ſunt; vel ipſimet, ſi non multi ponderis, certe multi operis induſtria inveſtigavimus. Nec male habebit lecturum has pagellas noſtras, qvod occaſione data fuſius aliqvando recenſuerimus ea, ad qvæ declinaverat calamus. Operæ enim precium videbatur, B.L. ea concedere, qvæ in publico ſcripto hactenus nondum acceperat, inprimis cum hiſtoriam noſtram non parum illuſtrent. Qvo minus autem ſiniſtra eorum judicia curabimus, qvi animi qvodam morbo, qvicqvid cum ſuo ingenio non congruit, lacerant, & probroſis ſermonibus illudunt: eo magis incitabimur, utalia Meklenburgicæ hiſtoriæ capita perſeqvamur, ſi benignius tuum, æqva res æſtumatione metientis ſuffragium leve hoc ſcripturæ genus impetraſſe eluxerit.

Ita Vale B. L. & rem tuam feliciter age!

Inde

INde vero ab incunabulis vitam CONRADI LOSTI (m) repetituris, initio ſtatim patria Civitas luſtranda erit, de qva certe ſibi non parum ille potuit gratulari. Qvamvis enim à ſupremo Numine omnis derivetur mentis vigor, ut honeſtiſſimarum artium ſimus capaces, externis tamen illa incitamentis ad vires ſuas exſerendas indiget, atqve exemplis non minus, qvam præceptis egregiis eſt perficienda. Qvæ ſi in amplioribus civitatibus felicius obtineri qveunt, in ijs certe cunas ſuas habuiſſe, & tenerioris ætatulæ auctibus increviſſe, non ultimum fortunæ videbitur beneficium. Refert autem ſibi LOSTIUM noſtrum Wiſmaria, Civitas eo tempore Meklenburgicæ ditionis, à nominis ſui Autore (n), optima portus ad mare Balticum commoditate (o), & nunc etiam ſplendidiſſimo Sveciæ Regis Tribunali multo celebratiſſima.

Ad

(m) *Aliud, ſed contra omnem tabularum fidem, cognomentum viri conſcripſit* GABRIEL BUCELINUS, *cum in Catalogo Epiſcopp. Sverinenſium eum appellat* CONRAD. ZOSTEN. *Vid. illius German. Sacr. p. I. p.* 54. (n) *VISIMARO, Herulorum Rege duodecimo, qvæ ſententia eſt* MARESCHALCI *Thurii in Annalibus Herulorum Lib. II. Cap.* 12. *Cui etiam aſſenſum præbet M.* BERNH. LATOMUS *in Megalo-Chron. MSto, ad Ann.* 1230. *ubi aliorum conjecturas tum de conditore, tum de appellationis origine ſimul examinat, & pro hac derivatione ipſum Urbis Senatum facere addit, qvi memoriam*

Ad natales autem *LOSTII* qvod ulterius attinet, ſufficient ea, qvæ ex literarum monumentis, omni ſedulitate perqviſitis, reperire licuit. Eqvidem, cum familiam Loſtianam, uti complures alias, vetuſtatis tenebræ prorſus obumbrarint, & nemo ex ea amplius ſuperſit, qvi majores ſuos nobis potuerit demonſtrare, non parum difficultatis habuit, ex qva ſtirpe *CONRADUS* noſter vitam hauſerit, experiri. Tres alios *LOSTIOS*, prænominibus diſtinctos, qvi illa *CONRADI* ætate, & proximis temporibus vixerint, pro ſua patriæ antiqvitatis cognitione, noſcendos exhibuit venerandus ſenex *PARISIUS*, Conſul Wiſmarienſis optime merens. Etenim *GERHARDI LOSTII* nomen Senatorum ejus Civitatis albo adſcriptum cernitur, ex cujus indicio ſimul efficitur, qvod circa annum 1476. in vivis fuerit. Deinde etiam *THEODORICI LOSTII* memoriam ædes in illa platea, qvæ veteris Wiſmariæ dicitur, qva ſeptentrionem reſpicit, ſitæ, conſervant, has enim à *BARTHOLDO LOSTIO* hereditate acceptas, Anno 1559. die Margarethæ in publicis tabulis nomini ſuo tribui curaverat (*p*). Verum ex his qvo minus

moriam fundationis, conſervaturus in Curiæ ſuæ majori Conclavi hæc verba feneſtræ inuri curaverit: Hæc Civitas condita eſt à Viſimaro. *Conf. WERDENHAGEN. Rer. P. Hanſeat. part. 3. p. 664. & LINDEB. Chron. Roſtoch. l. 1. c. 6. p. 37.*

(o) *Vid. præ cæteris* des Verwirreten *Europæ pars ſeptima pag. 806.*

(p) *Hodie illas ibi incolit* Dn. Joachim Gamlin, *qvi ſibi numerata pecunia eas comparavit.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0012
DFG

minus parentem arcessamus *CONRADI* nostri, temporis ratio nos impedit. Diversi ab his, nempe *PETRI LOSTII* mentionem injicit B. *LATOMUS* (q), qvi â Wismarienſibus, cæſo *Henrico ab Haren*, Senatore, & *Johanne Banſchovio*, Conſule, una cum *Everhardo Grote*, *Nicolao Jeſupio*, & *Hermanno Saſſio* Conſul factus ſit. Non dubitavi ſtatim, qvin hic eſſet, à qvo ſatum eſſe *CONRADUM* noſtrum haut falſo exiſtimarem. Nec divinandum amplius erat, cum in *B. CHYTRÆI* teſtimonium (r) inciderem: is vero luculenter teſtatur *CONRADUM* hunc *genitum fuiſſe PETRO LOSTIO, Patritio Wiſmarienſi, & MARGARITA, filiæ CONRADI PEGELII ſenioris* (s), *â qvo in Eccleſias urbis Wiſmariæ aliqvot beneficia fundata hodie exſtant.* Meminit etiam, diligentiſſimus ille rerum Saxonicarum ſcriptor, *NICOLAI LOSTII*, Canonici Lubecenſis & Sverinenſis opulenti. Qva ratione in eam inducor conjecturam, illum *GERHARDUM LOSTIUM* eumdem *PETRUM* genitorem habuiſſe, & *CONRADI* noſtri fratrem exſtitiſſe, ſicuti id non minus conjicio de *BARTHOLDO* ſuperius commemorato, cujus nomen in albo ſtudioſorum hujus Academiæ ſub primo illuſtri regimine Ducis Meklenburgici BALTHASARIS, qvod in annum 1467.

(q) *In Megalo-Chronic. MSto,* (r) *In Saxonia pag.* 43. (s) *Parens is ſine dubio fuit illius CONRADI PEGELII, qvi in hac Academia per multos annos Profeſſorem egit, cujus cognominis filii reſpectu illum LOSTII avum ſeniorem CHYTRAEUS appellare potuerit.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0013
DFG

incidit (t) die 2. Decembr. adscriptum comparet, ut neutiqvam temporis ratio refragetur. *THEODORICUS* autem *LOSTIUS*, qvem superius commonstravi, in tabulas Academiæ hujus, mense Septembri A. MDXC relatus est à *BARTHOLOMÆO CLINGIO*, Phil. & J.U D. Orat. P.P. & Illustrr Princip. Meklenb. Consiliario, t.t. Rect. Magnif. (u) Hunc autem, si qvid conjectura valeat, *BARTHOLDI* illius filium fuisse dicerem, cujus de mortui ædes, hereditate acceptas, postea inhabitarit.

Verum enimvero temporis illud spacium, qvo in lucem editus est *CONRADUS*, omnem nostram sollicitudinem & curam prorsus effugit. *CRANZIUS*, qvi eo tempore in vivis erat, atqve cupidini Lectoris, ob præsentiam (w), rectius cœteris potuisset

(t) *LINDEB. Chron. Rost. Lib. V. c. X. p. 169.* (u) *Qvemadmodum ex ipsis Academiæ nostræ membranis hausimus.* (w) *& ætatis, & loci. Etenim in hac ipsa Academia, Wismariæ vicina, non solum ut Studiosq; vixit, & Baccalaureus Artium à JOHAN. HAN. SS. Theol. Baccal. Facultatis nostræ Philos. ao.* CIↃCCCCLXV. *d. Dionsy. electo Decano promotq;, & sequente a.* MCCCCLXVII. *ab eo, qvi à Dionysii die Decanatum gesserat, M. CONRADO SCHEZELIO Theol. Baccal. magisterii honore ornatus fuit, sed etiam sub illud ipsum tempus, cum in Cathedra Sverinensium jam sederet LOSTIUS, adhuc Professorem Philosophiæ in Varniaca nostra egit, atq; Facultatis suæ Decanus anno 1481. 1482. 1483. exstitit, ut sine omni difficultate uberiorem LOSTII historiam nobis relinqvere potuisset.*

set consulere, pauca sane de *LOSTIO* nostro exhibuit, & de ortu ejus ne verbum addidit. Nec B. *CHYTRÆUS* qvicqvam de tempore nativitatis recensuit, nisi qvod MAGNO, Duci Meklenburgico, familiarem & σύγχρονον fuisse, fecerit fidem. Hoc autem Meklenburgicæ gentis sidus, juxta *LATOMI* testimonium, primum conspici cœpit A. MCCCCXLI (x), qvem anno post fratrem vidit BALTHASAR, Dux itidem Meklenburgicq. Jamvero, si MAGNO Duci *LOSTIUM* nostrum *CHYTRÆUS* ita σύγχρονον dixerit, ut eodem tempore, qvo MAGNUS terris Meklenburgicis præesset, *LOSTIUM* in Sverinensi Cathedra sedisse, qvomodocunq; indicarit, bene habet datum ab illo testimonium: si vero id voluit, qvod pares utrqve egerit annos, non subscribimus probatæ alias fidei & longe meritissimo Autori. Primum enim, non potuisset *CONRADUS* eo tempore, cum Episcopus eligeretur, dicit à *CRANZIO*, *annis multis gravatus* (y), si anno seculi ejus circiter qvadragesimo prognatus esset, nec sperare poterant Canonici, qvi Episcopi partes ad eum deferebant, virum optimi vigoris, qvalis est, qvi qvadraginta & tres annos agit, non diu superfuturum, uti inferius audiemus. Deinde etiam clarissime constabit, inde ab anno trigesimo secundo ejus seculi inter adultiores eum vitam jam aluisse. Etenim illo inter studiosos Academiæ hujus Varno-Balticæ jam fuit receptus. Qvin ergo ex hoc anno dicti seculi decimi qvinti trigesimo secundo initium vitæ ejus conjiciamus? Ponamus autem anno ætatis decimo qvarto, vel, si mavis, deci-

(x) *l. c. ad ann. MCCCCXLI.* (y) *Metropol. lib. XII. cap. 20.*

mo sexto in hoc Mutarum comercium sese recepisse *LOSTIVM* nostrum, annus seculi vel decimus octavus, vel decimus sexto, post millesimum qvadringentesimum natalis foret, qvo nimirum animam spirare cœperit.

Qvamvis autem nihil omnino de his etiam recensuerit M. *BERNH. HEIDENREICH*, Vir de Sverinensi literario ludo meritissimo (z), & historiæ Episcoporum Sverinensiū, manuscriptæ adhuc, autor non contemnendus, in eo tamen cum *CRANZIO*, & *CHYTRÆO* consentit, qvod ex præcipuo inter Wismarienses genere editus fuerit. Sicuti enim à *CHYTRÆO* natus esse dicitur *PETRO LOSTIO*, *patritio Wismariensi*; ita illius indicio *CONRADVS* noster audit, aus einem der vornehmsten Geschlechte gebohren zu der Wißmar.

Qvod sufficere etiam poterat ad natalium honestatem, atqve primam ejus virtutis opinionem concipiendam. Qvicqvid vero hic de semine virtutis, egregiæqve indolis è parentibus egregiis & bene meritis derivatæ commemorari posset, qvæ sicuti plantis à radice succus, ita liberis à stirpe sua infundi solet (nec enim id omnes Parentes urget malum, ut cum *Bruto*, *Cassio*, *Torqvato* aliisqve, filios paternis laboribus, & reipub. munere, ac omnium civium societate indignos habere possint (a), sicut etiam tantam calamitatem piis precibus qvosvis genitores

(z) *Sub qvo prima poëseos fundamenta jecit PETRUS LINDEBERGIUS. Vid. Program. in funere ejus anno 1596. à MARCO HASSÆO Rect. Magn. tit. factum.* (a) *Conf. PLATINÆ Dial. de vera nobilit. p. m. 59.*

nitores propulsare decet,) hoc sane, notato *CONRADI* patritio stemmate, subinnuere voluerunt adducti Autores, qvod nulli fuerit diffitendum, *LOSTIO* nostro nihil ad meliorem educationem defuisse. Habuit sinè dubio eos parentes, qvi post impetratum sanctissimi fontis lavacrum, mentis, & morum sordes tenuiorem ætatem alioqvin fœde obfuscantes, qvantum per sinuosam illam atqve tenebricosam prorsus religionem fieri potuit, eluerint. Ex qvibus id etiam percipere poterat, qvomodo ampliſſimis fortunis, qvibus tum à parentibus, tum â patruo *NICOLAO*, cujus qvidem opulentiam *CHYTRÆVS* prædicat, erat ditandus, ad mentem suam tanto felicius expoliendam, & communem aliqvando necessitatem juvandam recte uteretur.

Si qvam vero hic fecimus mentionem amplio-rum Lostianæ familiæ facultatum, â qvibus *CRANZIVS CONRADVM* nostrum vocare poterat, *Virum bene nummatum* (b), memorabili hoc felicitatis augmento initia vitæ ejus egregie ornari potuisse, facile elucescit. Qvamvis enim virtutis igniculi sine ullis fortunæ adjumentis etiam suscitentur, nec opum abundantiâ ad perfectionem suam virtus cogatur uti: plurima tamen incommoda elegantissimis cæteroqvin ingeniis exitiosa sufficientium fortunæ bonorum beneficio superari posse, nemo ambiget. Fidem faciunt priscæ ætatis monumenta ipsum poetarum omnium principem *Homerum*, per vicos atqve compita carmina sua cecinisse, iisqve victum qværitasse, & *Torqvatum Tassum*, ne bona qvidem tibialia habuisse

(b) *Metropol. l. c.*

buisse legimus (c). Qvorum sane, & si qvos hujus conditionis viros egregios omnium temporum historiæ nobis offerunt, acerbiora fata merito dolemus: hos vero inter pauciſſimos illos referendos esse non dubitamus, qvi honestiſſimis ausibus iniqvam fortunam contra nisi fuere, & paupertatem suam tanto majori contentione compensarunt. Serenior *CONRADO* nostro suffragari voluit fortuna, nec ad varias scientias aditum sors paupertina ei præclusit. Omnia illa incommoda, omnesqve molestias, qvæ educationem ingenii etiam capaciſſimi ob curtam rei domesticæ supellectilem non raro remorari solent, prospero cursu prætervehebatur. Non aliorum, qvi filium optime formarent, operam compensare difficile erat parentibus, qvi dubio procul nec qvicqvam reliqvi fecerunt, nullisqve pepercerunt sumtibus, qvo filius in probatiorum consortio, patentem, sed præruptum atqve tortuosum illis temporibus, literum campum decurreret. Potiorem vero junioris *CONRADI* curam suscepisse videtur ipse parentis frater, *NICOLAUS*. Ita enim ex manifesto *CHYTRÆI* testimonio comperimus, *studiis bonarum literarum & legum, consilio patrui NICOLAI, Canonici Lubecensis, & Sverinensis opulenti, prima ætate CONRADUM nostrum fuisse adhibitum* (d).

Verum enimvero cum plurimis elegantiſſimis ingeniis ipsa paupertas fortiſſimum extiterit hortamen

(c) *Confer. de utroqve ANTONIUS BORREMANSIUS in dialogo de Poëtis & Prophetis p. 16.*

(d) *Vid. l. c.*

men, ut in ſtudiis humanitatis atqve literarum tanto diligentius verſarentur, aliisqve ê contrario affluentior rerum copia, qvibus à benigniori fortuna erant armati, ingentes nonnunqvam admoverit ſtimulos, ut ad qvælibet alia ſtudia magis, qvam literas animis inclinarent, vel etiam prorſus compreſſis, ut ajunt, manibus ſederent, hoc unum agentes, ut genio ſuo indulgeant: hic ſane primos virtutis *CONRADI*, tenerioris adhuc, radios inſigniter collucere obſervamus, qvod cum ampliſſimarum facultatum ſpe haud fruſtranea aleretur, non tamen ocio ſeſe dederit, nec cuticulæ curandæ vacaverit, ſed animi culturæ fuerit patientiſſimus.

Attamen qvo facilius intelligi poſſit, ne puerili qvidem ætate, *CONRADO* noſtro occaſionem defuiſſe, qvomodo ad publicas calamitates perferendas animus viri boni conſtantia, & moderatione ſit obfirmandus, percipiendi; paulo ad Civitatis Wiſmarienſis, illa tempeſtate, fortunam meditationem benevoli Lectoris intendere liceat. Et ſane ſi ullo, certe illo temporis tractu, res ibi publica magnopere fuit diſtracta, cum turbulenta aliqvod ingenia multa rabie, & profunda omnia miſcendi ac confundendi cupiditate flagrantia novum ſtatum, novamq; rei publicæ formam qværere cœpiſſent: ut ſeculum illud decimum qvintum univerſam Wiſmarienſium proſperitatem invertere voluiſſe, tantum non videri qveat. Eqvidem, ſi ab initiis hujus ſeculi ordiri voluerimus, tum fœda ſceleſtorum hominum delicta offeruntur, tum aliorum etiam furor in contentiones ſeditioſe conci-

concitatas euntium obſervari poteſt. Opus autem non erit, ut peſſimum iſtud facinus commemoremus, qvod circa tempora 1403. aliqvis admiſit, nobilitate ſangvinis cæteroqvin conſpicuus, cum præcipui cujusdam civis Wiſmarienſis infidam uxorem cum omnibus ſuis pretioſis abducere non dubitavit: qvem tamen mox interceptum penſilem dederunt. Ita ſilentio qvoqve tranſire licebit cædem illam horrendam, ad qvas operarius qvidam manus converterat, qvi, neſcio qvibus intellectus ſui tenebris oppreſſus, ſuis ipſius liberis, & propriæ etiam fœcundæ, jamqve partui vicinæ uxori lucem eripuit, cumqve ad operas relictas reduntem ad vultus truculenti rationem aſſerendam laboris ſocii concitarent, multo ſangvine imbutam aſciam ejus ſimul mirati, mox abiens ſe ipſum miſere trucidavit. Nec pluribus memoriam *BERNHARDI* illius complecti nunc volo, qvi cum doctrinæ pontificiæ fermenta detegere moliretur, & in ea fidei purioris conſtantia perſeveraret, publico incendio ab Inqviſitore adjudicatus, eodemqve mactatus eſt.

Non tamen ſufficiet ad rerum novarum ſtudium intra Wiſmarienſes parietes illo tempore exæſtuans indicandũ, ſi recenſeamus hic, qvod A. 1410. à conſiliis ampliſſimi Senatus ſui adeo diſſederint plurimi nova molituri cives, ut magiſtratum illis, qvi ad clavum huc usq; conſederant, abrogarent, & compoſituris eas lites Sereniſſimis Ducibus Meklenburgicis, JOHANNI, & ALBERTO, qvi celſiſſima ſua præſentia commotam Wilmariam tranqvillare cupiebant, periculum haut exiguum ſtruere videbantur: cujus tamen

tamen nefandi criminis veniam postea qvæsiverunt, & ab optimis etiam Principibus tandem consecuti sunt (e).

Propius autem ad *LOSTII* nostri ætatem pertinebunt motus illi occasione Danici belli conflagrantes. Nimirum postea, qvam Daniæ Rex ERICUS, qvi à Pomeraniæ Ducatu ad regna MARGARETÆ Danicæ subjecta, ejusdem Semiramidis opera evocatus fuerat, cum Holsatiæ Proceribus de Ducatu Sleswicensi, statim sub initia regiminis, qvod ab anno 1411. repetendum, gravissima continuasset dissidia (f), accidit, ut ipsæ Civitates Vandalicæ (g), fœderis

C Hanseа-

(e) *LINDEBERG. Chron. Rostoch. L. II. Cap. 16. p. 72.*

(f) *Qva ratione fuerint orta, & subinde etiam agitata, eleganter scripsit* WERDENHAGEN *in Reb. Pub. Hans. P. 3. p. 381. seqq.*

(g) *Has suo tempore ita numeratas fuisse refert B.* CHYTRÆUS, sex Urbes Vandalicæ, *inqvit*, hoc tempore dictæ, Lubeca, Hamburgum, Rostochium, Sundium, Wismaria & Luneburga. *Attamen* WERDENHAGENIUS *l. c. p. 377. per Vandalicas Civitates eas tantum intellectas fuisse arbitratur, qvæ fuerint* maritimæ. *Igitur* CHYTRÆUM *in enumeratione sex Civitatum Vandalicarum admodum errasse existimat, qvod* Luneburgam *huc referat*, qvæ ab origine usqve Ducibus Saxonicis, etiam sub Billingo, suum debeat fundum *Vid. p. 253. nec ullo modo à Vandalis fuerit excitata. Ejus loco autem numerat* Gryphiswaldiam, *qvæ cum* Sundio

Hanseatici sociæ in illam dissensionem inflecterentur. Res eò devenit, ut in conventu, Rostochii anno 1426 habito, Hanseatici Status legationem ad Regem ERICUM, pacis petendæ, & confirmandæ gratia, decernerent. Qva suscepta cum nihil movere Regem possent eorum Legati, ad arma undiqve itum est, qvæ qvidem varia fortuna magnaque vehementia fuere conserta. Mireris, si omnia exponere hic liceret, qvo apparatu, qvibus impensis ab utraque bellantium parte bellum hoc

---

arctiori fœderi Hansæ præ cunctis aliis nomen suum antehac dederit. *Utramq. hanc Civitatem rectius vocari Vandalicam, cum in Pomerania, ubi Vandali qvondam suam qvoqve sedem constituerant, qvod ex relicto nomine appareat, ad mare fuerit sita. Id qvod omninò concedendum videtur* WERDENHAGENIO. *Verumtamen sicut* Hamburgum *à solo non est Vandalica Civitas, & nihilominus in Vandalicarum Civitatum numerum ob arctissimam cum iis societatem relata est, ità* Luneburgum qvoq; propter altrinsecam habitatorum in mercaturis communionem in illa Vandalicarum urbium societate numeratur, *verba sunt* CRANZII *l.* 1. *Vand. Cap.* 1. *p.* 4. *qvemadmodum ab ipso etiam* WERDENHAGENIO *factum. l. c. p.* 392. *Cæterum in hoc Civitates hæ gloriam præcipuam suam deposuerunt ità, ut singulares conventus suos præ reliqvis confœderationis Hanseaticæ Urbibus celebrare solitæ sint vid.* WERDENHAGENIUS *l. c. p.* 251.

hoc fuerit gestum,&,deperatis sæpè rebus,de novo inchoatum , qvibus latrociniis ac prædationibus à Vitalianis etiam mare terraque fuerit vexata. Rex licet subinde feliciter depugnasset, cum vim tot hostium ,pro libertate suâ strenue pugnantium, qvin in perniciem ipsius vigilantium, ex sententia non posset prosternere, ad dolos animum convertit, scriptis enim ad Civitates literis , Magistratum in odium communitatis vocare studuit, acsi Procerum suorum culpa in tam conferta periculorum agmina intromitterentur , fortunarumqve suarum facerent naufragium. Vah! qvantum hinc nova moliendi copiam sumserunt, qvi ex rerumpublicarum subversionibus omnem suam felicitatem exspectabant. Missas nunc faciemus alias Urbes Vandalicas,& unam Wismariam lustrabimus, qvam sane vix tenebricosior alia nox videtur magis potuisse, premere,qvam cum fluctuantis turbæ strepitu a.1427. contremisceret. Etenim sub hoc prætextu, qvod cum Rege , aliam licet speciem in literis exhibitis præferente,ex Senatoribus nonnulli conspirassent,incitatis jam tum non paucis inter præcipuos cives, homo qvidam inferioris conditionis, sed qvi ad disjiciendam publicam tranqvillitatem natus factusqꝫ videri poterat , prænomine (id enim hic sufficiet) dictus *Nicolaus*,in Magistratus Civitatis misere grassari cœpit. Dies erat Laurentio sacer, cum cives facto freqventissimo concursu ad Curiam confluerent; *Nicolaus* non magis ad lanam, qvam ad homines implicandos egregie compositus, qviqve ad hos motus alios excitaverat, communitati cœpit

exponere, veniſſe aliqvem Sternberga, (civitate non multum remota, & ex inferioribus apertius noſcenda) de periculis ſummis Civitati ſuæ imminentibus ſalutaria afferentem monita, qvod nimirum multis in locis miles colligeretur, in civitatem ſuam irruptionem facturus, & cives omnes miſere afflicturus. Sicuti vero portæ minus fuerint cuſtoditæ, nec integra ſeptimana occluſæ, ita haud difficulter proditionem civitatis hinc elici poſſe. Faciles habebat alios ad aſſenſum *Nicolaus*, & eos qvidem tranqvillitati non minus infenſos. Pars negligentiam illam in cuſtodienda civitate ſua accuſabat; alii, qvos ſine dubio ille malorum promachus ſubornaverat, non tantum confirmabant, qvæ homo turbulentus profuderat, ſed addebant etiam, qvod illa porta, qva Lubecam itur, tum ea, qva Megapolin verſus exeundum eſt, patere viſa fuerit, qvin etiam in altera repertus ſit vir qvidam, cum curru, & clauſtra aliqvamdiu fuerint revulſa. Referebant nonnulli, qvod alicubi (*h*) centum armati, & cataphracti comparuerint, qvi aditum obſtructū experti ad ſuos redierint. Qvæ omnia ſatis comprobarent, convenire inter Daniæ Regem ERICUM, & magiſtratum ſuum, & hunc qvidem de prodenda, illum vero de occupanda civitate, & civibus ſuffocandis, omniqve republica prorſus intervertenda eſſe ſollicitum. Ecce vero, turpiſſimi hujus mendacii nexus adeo plebem conſtrinxere, ut turmatim ad cædes Magiſtratus truculentam dexteram convertere voluiſſent, niſi pauciſſimorum conſiliis

(h) *Ante portam, dictam* die Höllen-Pforte/ *adoras maris deducentem.*

filiis fuissent retracti. Ita tamen componi non potuerunt, ut prorsus omne mdiffidentiam in Senatu suo amitterent.

Interim coram Patribus conscriptis *Nicolaus* cum conjuratis stipatoribus suis comparens, qvasi omnem criminis culpam á se depulsurus multa submisse & humaniter dixit. Quandoquidem autem suspicio potissimum cadere videbatur in eos, qui superiori tempore legatione ad Regem Daniæ functi fuerant (*i*); ex iis sane *Johannes Banschovius* Consul primarius, nullius sibi facinoris conscius, & de collegarum etiam innocentia convictus, *Nicolao*, & sociis ejus, omnem clavium civitatis custodiam sese commissurum profitetur, qvo, si qvid periculi civitati imminere arbitrarentur, tanto attentius citiusve averterent. Eam nec diu refugiunt cives vel ad nutum *Illius* paratissimi. Passim etiam conjurabant, ut alter alteri ad suppetias ferendas esset promtissimus. *Nicolaus*, molitiones suas apud Senatum novis simulationũ involucris callide tegebat, sponte jurans, se nihil iniqvi suscepturum, nec ambitione inflammatum esse, etiamsi enim senatoriam dignitatem ipsi ultro offerre velint, nolle tamen ea dignitate onerari. Modo ex tribus Ordinibus sexaginta deligebantur, qvorum autoritas pro voluntate *Nicolai*, á qvibus omnes pendebant, Patribus immineret. Postqvam sæpius illi concursassent, in hanc tandem itum est sententiam, ut ex Patribus conscriptis *Henricus ab Haren* in custodiam daretur. Nihil contra hos insultus valebat Viri, qvam demonstrare poterat innocentia

(i) *CRANZ. Vandal. lib. XI. c. XII. p. 384.*

centia: non movebant probatiſſimi hominis, ſuperioribus annis, comparata merita, &, cum non poſſent, nec cupiebant qvidem turbatores allegare crimen carcere plectendum. Dictum, factum.

Accedebant mox alii, ſtudio in vulgus diſſeminati rumores, ſeniorem Conſulem in jus vocaturi: & *Nicolaus* quidem nullas non adhibuit machinas, ut virum illum, meritorum in rem ſuam publicam copia inclytum, opprimeret. Itaq; de prehenſione ejus qvoqve conſilia in conventibus populi conferebantur. Erant, qvi malevolum ſeductæ plebis propoſitum Conſuli meliora promerito indicarent, eumqve ſincere monerent, ut primam fugæ occaſionem nollet dimittere. Cui monitioni obtemperaturus vir laudabilis vix pomœria Urbis egreſſus fuerat, cum clamore facto, piſtor qvidam aliis ſui ſimilibus ſtipatus innocuum adoriretur, vinctumqve in forum retraheret. Hic vero omnes movebat lacertos effrenatus ille ad infeliciſſima hæc diſſidia alenda autor, *Nicolaus*, ut arma indueret communitati, rigori Conſulis, qvo pro menſuræ ponderisqve rectitudine uſus fuerat, ſi partem ſpectes, jam tum infenſa. Vidiſſes lymphatis ſimiles magno numero in forum convolare, trucemq; tollere clamorem. *LATOMUS*, qvi hanc hiſtoriam tuſius expoſuit, non ſatis efficacia ſibi videtur invenire vocabula, qvibus furentium rabiem exponat. Succeſſus vero illius clamoris hi fuerunt, ut qvi in Magiſtratu publicæ neceſſitatis expediendæ fuerant ſocii, nunc etiam carceris ſocietatem facerent. Cumqve ambo jam in turri qvadam aſſervarentur, plurimis

mis eqvitibus peditibusqve ad portam excubantibus, id à *Nicolai* turba mox effectum est, ut innocentes captivi in carnificis ædes introducerentur: ex qvibus non citius liberati sunt, qvam cum sanguinem eorum profundere consultum esset,& ad locum supplicii deduci deberent.

Posteaqvam enim omnis, ad jus Lubecense, defensio Viris his & primoribus civitatis meritissimis ab ingrata plebe esset denegata, is qvi ad custodiam, tum in turrim, tum ad ædes carnificis primus esset deductus, primus qvoque truculentas carnificis manus experiri, collumque tristi, & adsveto cædibus humanis ferro subjicere coactus est. Cessabat furor in defunctum corpus, sed non cessabat ille, qvo in Consulem incensi erant, æstus, nec sufficiebat contra unius *Nicolai* iniqvitatem rectiora sentientium fides. Prorsus barbarum est responsum, qvod, sicuti ex aliorum fama memoriæ prodidit *LATOMUS*, *Banschovii* uxor tulit ab impudentissimo & immani *Nicolao*. Hæc enim, cum superiori tempore Illius sceleris sobolem aliqvam ê sacro lavacro suscepisset, insignem aureorum florenorum numerũ, qvantum manu sua prehendere posset, scelesto compatri suo obtulit, rogans, oransqve per omnia sacra, ut ad liberationem sui mariti operam omnem vellet conferre. Accepit obtestantis matronæ nummos homo impudentissimus; Sed eandem, cum abitum pararet, ad fores ædium comitatus, oculos in turrim Templi, B. Virgini qvondam dicati, intendit, & his verbis anxiam, & fere exanimem dimisit:

Wenn Eurem Mann der Halß so dick wäre als der Thurm

Thurm/ so soll und muß er ihm doch auffm Rumpf nicht bleiben. Miserrimum solamen! Accidit commodum, ut Episcopus Raceburgensis Wismariam eo tempore adveniret, cujus Ecclesiæ inspectioni civitas illa subjecta fuit (l.) Obtinuit is, ut de sacro Christi corpore participaret *Banschovius*; qvo facto inter prandendum caput ei in foro præcisum est.

Hic exitus fuit meritissimorum virorum! & Consulis optimi, qvi, ut *LATOMI* verbis utar, manche schwere Reise/ zu Wasser und Lande/ üm das gemeine Beste/ nemblich der Stadt und Bürger Privilegien zu verfechten/ gethan/ und insonderheit darob gehalten/ daß der gemeine Mann billigen Kauff an Brod/ Bier und Fleisch haben möchte/ worauff Er der Becker/ Brauer und Fleischhauer Feindschafft auff sich geladen hat. Qvod si nonnulli ex Senatus membris forte invidia adversus hos collegas suos præstantissimos, & meritorum laude præstantiores ducti, non satis sese oppoluere plebis furori, sed à consiliis & autoritate eorum dissolvi maluerunt, uti *REIMARUS COCHIUS* opinatur (*m*), sibimet ipsis etiam adscribere eos oportuit, qvod non diu post ipsi magistratu abire, aliisq; ea munera relinqvere debuerint, qvæ tamen deinde recipere potuerunt. Illa vero tempestate Consulum honore ornati sunt *Evert Grote*, *Nicolaus Jesup*, *Petrus Lostius* (*n*), & *Hans Sasse* (o).

In

(l) *Qvod germanice est* der den Sprengel über Wißmar hatte/ *qvæ vox est à* Sprencken/ *cancellis munire. juxta* Spatens Teutschen Sprachschatz *p. 2097. sq. cujus tamen alia etiam ratio reddi potest.* (m) *apud LATOMUM.* (n) *Parens CONRADI nostri, de qvo superius.* (o) *Græ-*

In his patriæ suæ dulcissimæ motibus, in hac multitudinis concitatione magnopere pœnitenda, dubium non est, qvin multivariam occasionem nactus fuerit *CONRADUS* noster, ex impotentis vulgi probris, innocentiumqve virorum animi constantia suam ipsius prudentiam ita adaugendi, ut contra illa qvidem animum præmunire, hac vero mature mentem imbuere didicerit. Qvantum autem ad bonarum literarum studiũ attinet, tantos certe in iis hauriendis fecit progressus, ut anno superius jam cõmemorato, qvi nimirum fuit seculi ejus trigesimus secundus in Academia nostra inter studiosos nomen suum profiteri potuerit. Præerat eo temporis tractu nostræ Musarum universitati *HENRICUS BEKELIN*, Juris civilis Licentiatus, & postea qvoqve in illa facultate Doctor, ex qvo sceptra Academiæ à *JOHANNE VOSSIO* Artium & J.U. Doctore in vicesimum sextum â constituta Academia Rectoratum administrandum acceperat. Sub hoc autem primo (p) ejus regimine, & mense qvidem Julio, sacris varniacis initiatus est *CONRADUS*, sicuti id ex Academiæ nostræ fastis

D multa

tam sine dubio memoriã adhuc servat Wismaria alius cujusdam GERHARDI SASSII, Provisoris circa hæc tempora ad Novam Ædem B. Nicolai, in cujus ornamentum duas magnas campanas fundi, & Organum ædificari curavit. Ex illis, qvæ pondere major fuit, disrupta est 1610. cum in honorem defuncti Ducis Meklenb. CAROLI *pulsari debuisset. LATOMUS ex monumentis VVism. ad Ann. 1462.* (p) *Sæpius enim postea Rector fuit fidem faciente ipso Academiæ nostræ Albo, qv[illegible] sincere consuluimus.*

multa licet difficultate ob literarum obscuram ejus temporis expressionẽ, certò tamen cognoscere licuit.

His vero jam præmittere voluissemus regiminis hac ætate, in Ducatu Meklenburgico, statum observatu magnopere necessarium; verum cum tricesimus secundus seculi memorati annus, in historia *CONRADI*, primus sit, de qvo omni certitudine gaudeamus, hic certe significandi locus erit, in imperio Megapolitano jus illo tempore dixisse Sereniss. Principem ac Dominam CATHARINAM, ERICI III. Ducis Saxo-Lauenburgici filiam JOHANNI Meklenburgico collocatam. Cum enim Illius glorioss. Conjux JOHANNES, post septennii matrimonium, ad superos esset evocatus, & ipse etiam ALBERTUS IV. Regis Sveciæ Ducisq; Meklenburgici ALBERTI II. filius, eodem anno 1423. animam improlis exhalasset, (antea, qvam conjugium cum FRIDERICI Marchionis Brandeburgici filia MARGARETA, tum nondum matura, contractum perfecisset,) qvod Principes filii HENRICUS, & JOHANNES tenerrima adhuc essent ætate, ex sententia & novissima voluntate moribundi ALBERTI Rostochiensis atq; Wismariensis potissimarum Mekl. terræ civitatũ Patribus rerũ in Ducatu gerendarũ cura videbatur gerenda fuisse (q): attamen, qva

(q) *Simile exemplum antiqvior a tempora viderunt. Ita enim* HENRICUS *LEO Meklenburgicus morti vicinus, Sternbergam, ubi in fatali lecto decubuit, primores ê nobilibus & civitatibus Rostochiensi atq; Wismariensi evocavit, atqve*

qua fuit dexteritate & consilio, Princeps Serenissima CATHARINA, Vidua tunc desideratissimi Principis JOHANNIS, administrationem imperii non infeliciter gessit. Verum sub auspiciis ejus Vir quidam illustris maximeqve strenuus, *MATTHIAS AXKOVIVS*, ardua qvævis negocia expediebat, ut hinc etiam *CRANZIUS* non diffiteatur, *matrem parvulorum Dominam* CATHARINAM, *MATTHIAM AXKOVEN* (r) *militem Virum ad omnia fortem, præfecisse rebus gerendis, & ejus ductu atqve ministerio cuncta pro imperio ipsam gessisse.*

Nondum ergò adultiores majorennitatis annos attigerant Principes Meklenburgici, cum non tantum Musas nostras salutare, sed earumdem benevolentiam qvoq; demereri jam posset *LOSTIVS* me-

horum etiam tutelæ filios suos Principes ALBERTUM *& JOHANNEM primos Duces Meklenburgicos commisit. Vid. CRANZIUS Vandal. l. IIX. c. 16. p. 188. & LATOM. l. c. ad annum* 1329. *cujus primo mense Januar. diem Ille obiit supremum. Attamen hic* ALBERTUS moriens terram & tutelam nepotum ex fratre gubernatoribus Urbium Rostochii & Wismariæ, non ut administrarent Principatum, sed ut consiliis & auxiliis foverent parvulos commississe *dicitur CRANZIO Vandal. l. XI. c. 1. p. 249.* (r) *Idem ille est AXKOVIUS, qvi fratribus Ordinis Francisci Ribbenitzensibus aureum poculum dono dedit, cum filiam suam ANNAM ibidem, in cœnobio virginum, vivere voluisset. LATOM.* aus der Ribbenitzsch. Uhrkund. *l. c.*

us. Adduxerat secum in hanc Academiam progerminantia virtutis & doctrinæ semina, qvæ hic qvidem egregiè adolescebant, ut iniqve judicaturus videatur, qvisqvis voluptatibus eum abstrahi, aut turpi ocio à literarum studiis avocari voluisse dixerit. Qvod si enim ex fructus ubertate non minus seminis bonitatem, qvam diligentissimam terræ culturam non ineptè colligimus: ità qvoqve de eruditionis, virtutisqve *CONRADI* nostri præstantia minus vanè judicaturum arbitror, qvi eum An. MCCCCXXXVI. à *JOHANNE MEDEBLICHIO* qvi ultimus ante commigrationem Gryphis Waldensem Amplissimæ Facultatis Philosophicæ nostræ fuit Decanus, secundo inter septendecim alios Viros Juvenes loco, Philosophiæ Baccalaureum fuisse creatum, (s) posteà verò Iuris Utriusq; Doctorem publicè etiam promotũ percipiet. Qvo verò ab adventu in hanc Academiam anno summos in Iure honores fuerit consecutus, & à qvonam Antecessore in id fastigium evectus sit, noscere nobis non licuit. Qvamvis enim conjiciamus in hâc Musarum Universitate, qvæ prima studiorum ejus mater fuerat, virtutis præmia *LOSTIUM* reportasse, illam tamen temporis circumstantiam, & num adhuc ante, an vero post secessum Musarum nostrarum in vicinam Gryphiswaldiam? eruere non potuimus, cum vetustiores membranæ splendidissimam nostram Facultatem Iuridicam dudum defecerint, sicuti & parvi momenti illa futura esset observatio.

Vidimus hactenus *CONRADUM* nostrum studiis sedulo vacantem, & in iis eo progressum, ut scientiæ & vir-

(s) *Qvod membranæ nostræ Facult. fidelissime testantur.*

& virtutis publicum referret testimonium. Qvod si autem ad obscuri,& per duo illa memorabilia Concilia,Constantiæ & Basileæ habita, nondum melioris seculi genium eruditionem *LOSTII* nostri comparatam fuisse dixeris, id sane inficias ire neutiqvam velim, cum in aperto sit, qvanto impedimento elegantissimis ingeniis semper fuerit doctorum & ingenuorum Virorum si non omnis defectus, rarior tamen numerus: unde est, ut illa ætate omnia studiorum genera tanta contentione nondum sint pervestigata. Interim sicuti lucidior facula in illis tenebris reliqvis præluxisse mihi videtur *LOSTIUS* meus non dissentiente *CRANZIO*, cujus hæc verba: *Sverinensem Ecclesiam brevi NICOLAI Pontificatu viduatam regendam accepit Dominus CONRADUS, cognomento LOSTEN, Wismaria ortus, atqve in utroq; jure doctus* (t). Cum enim testimonium non tam ferat de summis in Jure honoribus ei collatis, sed eo loco *in utroq; jure doctum* fuisse studio asserat,id certe indicare voluit,majori,qvam vulgo fieri consveverat, sollicitudine *LOSTIUM* in literis fuisse versatum, ut nec in immerentem sua ornamenta nostra Academia contulerit. Quod comprobasse crediderim B. *CHYTRÆUM, cum studiis bonarum literarum ac legum à prima ætate adhibitum fuisse ostendit.*

Dubito vero, quo potissimum argumento adductus fuerit *LOSTIUS*, ut illi canonicæ vitæ generi sese dicare maluerit, quam reipublicæ emolumentis invigilare, qui tamen sinceris consiliis eam adjuvare didicerat, tum præceptis doctorum suorum inter

 scientissi-

(t) *Metropol. lib. XII. c. 20. p. 331.*

scientissimos ejus ævi munitissimus; tum qvoqve experientia variorum memorabilium casuum non parum corroboratus. Eqvidem, si primam monasteriorum omnium rationem spectemus, eademque precum, vigiliarum, beneficentiæ, charitatis, & similium virtutum officinas, tum qvoqve bonarum & liberalium artium sustentacula fuisse, saltem ut essent, pientissimos eorum Autores voluisse (u) cernamus: nec minus in constituendis Templis Cathedralibus hunc scopum fuisse intentum observemus, ut verbum Dei, ac, proxime secundum illud, artes linguæq; ab idoneis magistris ex cathedra proponerentur, Canonicum agere non minus, sed vel magis qvodammodo glorioſum fuisse videbitur, qvam cum in foro versari, vel etiam in cathedra ecclesiastica populum docere contigerit. Si vero animum subeat, qvo pacto a prima origine & instituto fœde defectum sit, qvomodo Canonici immodica piorum magistratuum liberalitate supra modum locupletati officium visitandi, docendi, commentandiqve, cui se serio adstrinxerant, primum tanqvam humile nimis negligere, ac tastidire, deinde velut abjectum, sordidumqve palam aversari cœperint, solis contenti horis canonicis, qvarum tamen etiam paulo post pertæsi vicarios chorales sibi surrogarint, (w) alienum sane videri

(u) *Vid. B. D. LOBECHIUS Disput. XXVI. in Aug. Confess. §. 1. & MEIBOM. tom. 3. p. 240.*

(w) *Conf. Idem MEIBOM l. c. p. 241. Vid. LUTHERUM tom. 7. Jen. Germ. p. 61. & alios apud D. CASP. MAVRITIUM Exer. de Simonia p. 116. seq. Nec dubita veris accedere NIGELLO WIREKERO Anglo, veritatis evangelicæ testi multis ante Luthe-*

videri possit, & indignum *CONRADO* nostro in tam ocioso vitæ genere ætatem consumere. Dicis, huic tamen Viro non eam fuisse mentem, ut cum reliqvis Canonicis de munere suo remitteret, sed potius eam placuisse sententiam, ut ad primam constitutionem muneris sui partes revocaret, & sedula scripturæ canonicæ explicatione auditores suos ad necessariam ejus observantiam non minus incitaret. Ego vero *LOSTIO* meo nullam injuriam facturus esse videor, si potissimam rationem, qvæ ipsum commoverit, ut canonicorum esset frater, dixerim, tum sedatum Viri ingenium, à strepitu forensi prorsus abhorrens, præsertim, cum superiori tempore probe observasset, qvæ pericula & calamitates vel optimorum tranqvillitatem, qvin vitam ipsam qvandoqve concuterent: tum inprimis etiam patrui *NICOLAI*, qvem & Lubecæ, & Sverini Canonicum fuisse, superius percepimus, monita. Qvemadmodum enim ipsius consilio legum studiis sese dicaverat *CONRADUS*, ita ejusdem etiam incitamenta ad hoc vitæ genus eum præ cœteris pertraxisse crediderim.

Nec enim, si illorum temporum habitum respiciamus, & illius ævi hominum judicia consulamus, ullo pacto dedecori erat *LOSTIO*, Canonicorũ Ordini

---

rum annis, imo integris seculis, venerando, qvi de vulgo Canonicorum ita ait: Hi sunt, qvi faciunt, qvicqvid petulantia carnis, imperat, *& alibi*: Totus in errores mundus, pereuntibus istis, ducitur, *nec non*: Hi sunt, justitiam qvi prostituere pudicam, falsa loqvi linguas qvi docuere suas. *Vid. JACOBI THOMAS, Dissert. de Viro hoc probatissimo § 93.*

Ordini annumerari. Sive enim reminiſcamur patritiam ei a parentibus obtigiſſe dignitatem, notum eſt, vel generoſiori ſtemmate prognatos non tantum ad clavũ Eccleſiarum ex multo tempore conſediſſe, ſed etiam dignitates præcipuas obtinuiſſe & omnes Canonicatus, atqve omnimodis de patrimonio Chriſti, piisqve fundationibus pingviori portione eſſe gaviſos (x), ut adeo Principes illuſtriſſimi canonicis ſeſe adſcribi libentiſſime paſſi ſint. Sive etiam ad ſtudia *LOSTII* oculum intendamus, eo usqve provecta, ut honoris qvodam augmento conſpectiora fuerint, certe eruditis illa eccleſiaſtica munera inprimis erant conſtituta: ſicuti & juxta Patres Concilii Conſtantienſis illi, qvi eruditione reliqvis præſtabant, in occupandis dignitatibus eccleſiaſticis præferendi erant.

Parum autem abeſt, ut exiſtimemus *LOSTIUM*, prius, qvam jus Capituli nanciſceretur, Canonicum fuiſſe domicillarem (y), nec enim huic peculiare qvoddam privilegium acqvirere potuiſſe *NICOLAUM* facile dixerimus. Hujus tamen efficaciori commendatione felicius effectum eſſe, nemo forſan dubitaverit, ut Pontifex Romanus NICOLAUS V. qvondam *Thomas Lucanus* appellatus, pro ſingulari ſua erga doctos benevolentia eodem, qvo in Cathedram Ipſe evectus erat, anno poſt milleſimum qvadringenteſimum qvadrageſimo ſeptimo, ſed ducdecimo

(x) *Vid. HAGEMANN. de omnigena hominis nobilitate Lib. 2. Tit. 21. p. 307.*

(y) *du FRESNE in Gloſſar. tom. I. p. 755.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0036
DFG

cimo octavo Calend. Jul. *LOSTIO* nostro primum vacaturam, in Cathedrali Ecclesia Lubecensi, præbendam, uti vocant, (z) decreverit, eamqve sententiam suam confirmaverit statim, addito mandato ad Episcopum Sverinensem, atqve Præpositum Sclesvicensem, ut *CONRADUM LOSTIUM*, vel Procuratorem ejus omni opera juvarent, quo destinatam præbendam occuparet (a). An vero ea etiam initiatus sit? cum monumenta necessaria nos deficiant, affirmare non audemus, sicuti nec temporis illud momentũ explorare potuimꝰ qvo Sverinensibus Canonicis fuerit annumeratus. Tanto minus autem dubitari potest, qvin talem sese *CONRADVS LOSTIVS* in gerendo Canonicatu Sverinensi præstiterit, qvalem nebulosa illa tempora requirebant, quiq̃ majoribus munerib9 proincolumitate Cathedræ illius non indignus haberi posset. Ita enim factum esse colligimus, ut *Archi-Diaconatus Tribseensis* ejus præ cœteris curæ committeretur.

Quo pacto *LOSTII* dignitas quantopere aucta fuerit, apertius constabit, si quæ Archidiaconorum

E ratio

(z) *Qvæ collatio ex consideratione mensiũ Papalium, sive reservatorum, necessariã lucem fœneratur. Vid. D. LAURENS, in Disp. de Jure Papali Principum Evangel. sub Illustri SAMUELE STRYKIO habita. Cap. IV. §. 1. pag. 59.*

(a) *Fidem ferente Extracto qvodam Archivi Sverinensis ex Authenticis Capituli literis Anno 1603. facto p. 149.*

ratio fuerit in Ecclesia Sverinensi, paulo altius repetierimus. Nimirum, sicuti aliæ Cathedrales Ecclesiæ Canonicos suos habuere, & ex iis nonnullos pro ratione meritorum, quæ in societatem suam contulerant, variis titulis & muneribus admodum honorificis exornare solebant: ita etiam Sverinensis Cathedra, qua fuit amplitudine, non pauca in bene meritos, & posterius etiam merituros conferre potuit honoris augmenta. Habuit illa suum Præpositum, Decanum, Thesaurarium, Archidiaconos, Scholæque & rei musicæ præfectos. Jam, cum de aliis officiis nostra impræsentiarum non interfit quicquam investigare, operæ tamen pretiũ erit percipere, quidnam muneris fuerit Archidiaconorum? In genere autem nosse juvabit, in Ecclesiis Cathedralibus Archidiaconorum officii fuisse, ut certas Diœceses Episcopatui subjectas administrarent, & quotannis visitationes in eis exercerent, qua ratione nomen â districtu inspectioni suæ commisso sortiebantur(b).

Non

(b) *Vid. du* FRESNE *Glossar. tom. I. p. 303. Ita Episcopus Verdensis, præter Præpositum Bardovicensem, in septem diversis locis suo Episcopatui subjectis* Archidiaconos *constituere solitus est, de quibus vide Amici nostri honoratissimi, Domini* Schlöpkens *Chronicon Bardovic. P. 2. Cap. I. §. 15. p. 229. Ex his Archidiaconus Modestopiensis jurisdictionem Ecclesiasticam Luneburgi, in Patria mea, exercuit in personas, beneficia, res, ecclesiasque, donec ab* EUGENIO *IVto Pontifice*

Non minus ergo Archidiaconus in Cathedrali Ecclesia Sverinensi is fuit, cui certus districtus esset concessus, ut quæ in eo ad Ecclesiastica spectarent, ab Archidiacono sedulo perviderentur. Hujusmodi districtus duos observare mihi licuit, qui ambo nomine illo insigniti sunt. Ita enim *Archidiaconatus Tribseensis*, & *VVarnensis* ad hanc Cathedram pertinuere. Et *VVarnensem* quidem districtum recentiori demum tempore *Archidiaconatum* fuisse appellatum, superioribusque annis nonnisi à Diacono quodam ita administratum, facile largiar: nihilo minus tamen, qvod jam ante tempora Reverendiss. UDALRICI Ducis Megap. & Episcopi Sverinensis, Archidiaconatus nomen Warnensi Diœcesi fuerit tributum, plane non ambigo. Novi ejus tempore ita v. gr. lectum fuisse: Auß unsern Archidiaconat zu Waren hat der Collector daselbst eingesandt/&c: eo ipso tamen non prohibeor, quo minus eam appellationem temporibus *LOSTII* nostri jam obtinuisse arbitrer. Et quid dubitem? cum B. *CHYTRÆVS*, *REIMARUM HAN* competitorem illum *JOHANNISTHVEN*, qui *CONRADO* in gerendo Episcopatu ex suffragatione collegarum successit (c), dixerit *Archidiaconum VVarnensem* (d).

Senatui permissum esset, Præpositum qvendam habere, qvo sic spiritualem, atqve temporalem jurisdictionem intra muros oppidi tenerent. Ejus Præposituræ adhuc vestigia qvædã ibi apparent.

(c) *Cum ad electionem Episcopi, ad diem Vtum Martii Anni 1504. suscipiendam, absentes Canonico*

De *Tribseensi* districtu, Archidiaconatus nomine ad Sverinensem Cathedram pertinente, antiqviora observavi monumenta. Ex quibus hæc notari merentur. Cum anno 1248. *VVILHELMO* Viro sane insigni (e), pedum Sverinensium Episcoporum in signum ecclesiastici regiminis esset traditum, isqve statim die Viti Templum Cathedrale Sverini, præsentibus tribus aliis Episcopis, nempe Verdensi, Lubecensi, & Caminensi inauguraſſet, eodem illo anno JAURO-MARUS II. Princeps Rugianorum (f), Episcopatum hunc pagi cujusdam donatione auxerat (g), cujus nomen *Exsen*, in ea regione siti, quæ ab oppido *Tribse*, à propinquo fluvio Trebela ita dicto (h), nomen sortita est. Accessit deinde liberalitas JOHANNIS Saxo Lauenburgici, qui anno 1261. universam Terram Tribseensem, tanquam feudum Sverinensi

---

convocasset ULRICUS MALCHOVIUS, & Capitulum Sverinense ejusdem anni d. 22. Januar.

(d) *CHYTRÆUS l. c. pag.* 132.

(e) *Uti est apud* CRANZ. *Metrop. Lib. IIX. c.* 13. *p.* 208.

(f) *Vid.* MUNSTERI *Cosmol. p.* 1131.

(g) *Vid.* HEDERIC. *in vita* WILH. *Episcopi Sverin.*

(h) *CHYTREUS l. c. p.* 40. *nisi planior ejus derivationis ratio videatur, qvam habet.* NIC. MARSCHALCUS, *in Annal. Her. lib. I. c. XI. oppidum illud* Tributum Cæsaris *ab are Romano olim ibi recepto dictum esse asserens, unde colligerem,* Balthasarem Rhaw, *qvi a.* 1622. *Decano* JOH. POSSELIO *Græc. Ling. Profess. & Facult.*

rinensi Cathedræ contulit, quam dotationem postea quoque A. 1293. sedi Episcopali confirmavit WITZ-LAVUS. Et qvidem prima collatio integri districtus hujus facta fuerat Episcopo Sverinensium sexto *RUDOLPHO I.* Confirmationem vero obtinuit *GOTTFRIDUS I.* Episcopus in eadem Sverinensi Cathedra octavus, idemque primus ê familia *Bulovio-rum.* Successerat huic *HERMANNUS* II. ex stirpe nobili *Molzanorum*, quem autor historiæ manuscriptæ *HEIDENREICH* aptiorem gladio, quam pedo gestando fuisse observat (i): Is vero in bellum implicitus æs alienum contraxerat, Ecclesiæq; suæ bona oppignoraverat. Eodem tempore nonnullos reditus ex districtu Tribseensi aliis in pignus relictos esse conjicio, qvos deinde sedente in cathedra *LVDOLPHO* ê familia *Buloviorum* oriundo Capitulum reddi sibi petierat ab Archi-Episcopo Bremensi, quippe cui generalior cura tum Sverinensis, tum aliorum etiam in Inferiori Saxonia Episcopatuum commissa fuerat (k). Hic autem *LVDOLPHVS* incitata

Phil. Seniore Magisterii honore ornatum in membranis nostris dictum fuisse Tributiensem, Pomeranum.

(i) *Ut fidem addicere non possimus CRANZIO virtutis ejus mentionem facienti, Metrop. Lib. IX. Cap. 7. p. 240.*

(k) *Numerum & nomina eorum exhibet HENRICUS WOLTERUS in Chronica Bremensi Vid. MEIBOM Res German. tom. II. §. 44.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0041
DFG

tata historia Episcoporum Sverinensium, anteqvam pallium esset adeptus, *Archidiaconus* fuisse dicitur *Tribseensis*. Successor ei anno 1339. ex eadem gente datus est, *HENRICUS BULOVIUS*, eodem *Archidiaconatu Tribseensi* defunctus, quique *Thesaurarius* Ecclesiæ illius fuerat. Ex qva recensione id simul patet, non leve dignitatis pariter, atque utilitatis augmentum *Archidiaconis Tribseensibus*, præ reliqvis Canonicis, contigisse. Sicuti enim solenne qvondam fuerat Ecclesiis Cathedralibus, ubi Episcopi essent eligendi, *Præpositis* suis illum honorem deferre (1): ita ex his colligi posset, posteriori tempore successionem in Ecclesia Sverinensi ad *Archidiaconos Tribseenses* perveniisse. Deinde etiam facile crediderimus, non exiguos reditus ex hoc Archi-Diaconatu, ad eos, quibus commissus erat, promanasse, si à *BVLOVIO* Episcopo *BVLOVIVM* consanguineum *Archidiaconatui* illi præfectum fuisse persvadeamur, qui certe aridiore proventu, & tenuiori conditione propinqvum suum donari non facile passus est.

In hoc autem tam splendido munere, dubium non est, qvin susceptas partes suas ea cura sustinuerit *LOSTIUS* meus, qva attentiorem desiderare non poterat Capitulum, saltem, ut illorum temporum erat habitus, ita se exhibuit, qvo negligentiæ notam non incurreret: alioqvin eo honoris eum ascendere neutiqvam permisissent, qvem tamen consecutus fuit, ut ab Archidiaconatu transiret ad Episcopatum.

(1) *Teste CRANZIO, Vid. Metropol. p. 212.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0042
DFG

Ad Nobiliss. & Clariss.
DN. SCHUTZIUM.

EX qvo in privatis cum commilitonibus Tuis congrediendi exercitiis non præclaram tantum in Te sacrarum rerum scientiam, sed conjunctã qvoq; cum eâdem linguæ facundiã non sine ingenuâ voluptate deprehendi, SCHUTZI doctissime, facile augurari nunc possum, qvo successu disputationem à Te propositam in publicâ doctorum freqventiâ sis defensurus. Cujus rei & documentum jam in duplici de Ministro impio disputatione ita dedisti, ut ab omnibus laudem non vulgarem consecutus fueris. Nunc cum & in patriæ nostræ historiâ easdem corollas lecturus es, eò majori alacritate Tibi applaudent universi, qvo non rariora tantum sunt id genus argumenta, qvæ & eo ipso maturius judicium & amplioremlectionem reqvirunt, sed animum insuper legentis mirâ qvadam dulcedine perfundunt. Qvid enim svavius patriâ est ? Qvid animum magis titillat, qvam retrospicere in præteriti temporis faciem, ibiqve tanqvam in speculo intueri, qvid gestum olim fuerit, sive in rep., sive in Ecclesiâ? Qvâ in re viam Tibi præit Excellentissimus PRÆSES Tuus, jam in aliis hoc in genere scriptis celebre nomen pridem consecutus. Tibi verò, optime SCHUZI, de istis verissimarum laudum argumentis enixè gratulor, utqve illorum aliqvando fructus ubere copiâ sentias, ex animo precor. Scr. Rostochii, die IV. Aprilis, MDCCVII.

JO. FECHT, D. P. P. Consist. Duc.
Adl. & Distrct. Rost. Superint.
Fac. Th. Senior.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0043
DFG

Ad Clarissimum Dominum SCHUTZIUM

Post tres Theologicas Dissertationes Qvartam nunc ex Historiâ Ecclesiasticâ Disputationem defensurum Gratulatio Poëtica.

DOctis invigilas operis, *Doctissime* SCHUTZI,
Perqve horas omnes crescit avaritia,
Qvâ melior dici nec fingi novit, inhærens
Gazis, qvas cœlum laudat, & ornat humus,
Sublimis Tibi namqve placet sapientia cœli,
Qvidq; homo, qvidq; DEus, qvid Mediator, amas:
Et morbos animæ perqviris, qvodqve medetur,
Ausibus eximiis discutiendo legis.
Doctè pervadis Lingvas Oriente magistro,
Nec tibi, cum loqveris lingva diserta deest.
Nec minus egregiis Tua mens conatibus Artes
Perreptat pulchras, deliciumqve Sophûm;
Pervolat historias, & segregat optima pravis,
Vera tenet, gustat cœtera, falsa premit.
Sic operas operis, Juvenis Clarissime, jungis,
Nec somno torpet judiciosa manus.
Testaris, vanè Te non petiisse Ministrum
Templa Tuæ Patriæ. Spes Tua magna viret,
Qvamqve ornas hodie Patriam, Tibi Patria solvet
Indubiè justo præmia larga die.
Est magnum, priscos manes revocasse sepulcris,
Et benè promeritos restituisse Viros;
Si nostros cupimus pro posteritate labores
Vivere, cum tepidô spiritus ore volat:
Nos qvoqve debemus, qvorum mors artubus una
Insidet, invictos reddere morte novâ.
Reddimus, his memorem meriti cum sistimus orbẽ,
Ore, manu, calamô sic renovante dies.

Gra-

Gratulor, ô SCHUTZI, probitas tua, sedulitasqve,
Et doctrina freqvens, assiduusqve labor,
Non sinet egregium Te multa diuqve latere,
LOSTIUS Antistes, credito, gratus erit.
LOSTIUS ê tenui revocatur pulvere per te,
Idem pulvureâ Te revocabit humo.
Laudabit studium felix Urbs Wismara doctum:
Qvem laudas, patriâ Wismarienſis erat.
Laudabit studium *Supremus Episcopus Oræ*
Sverinenſis: ibi Præsul & ille fuit.
Heus confide, DEO, *ô Amice, Domestice qvondam,*
Convictorqve olim. Nam ruit illa dies,
Illa dies, qvâ Te Dominus vocitabit ad alta,
Præmia qvadruplicis larga laboris erunt.

Spondet optima ominans
Auditori & Amico, atqve antehac Domestico &
Convictori suo Dilectissimo Imqve
JOH. PETR. GRUENENBERGIUS, D. P. P.
Consiliar. Consist. & per D. Mecl. Superintendens.

Admodum Reverendo, Amplissimoq;
DN. JOACHIMO MARTINO SCHUMANNO,
Theol. optime merenti, & in Cathedrali Ecclesia Sverinensi Pastori vigilantissimo,
Affini & in Christo Fratri suo sincerissime dilecto!

CUm jucundissimum illud literarum commercium hactenus inter nos subsitisset, præsens epistola manu Typographi expressa Tibi reddi cupit. Nosti adhuc Schüzium *meum, ex istis Garzensium precibus, Patri in ministerio Verbi suc-*

bi succeſſorem eum flagitantibus, ſed aliis ovibus paſcendis, Deo ita moderante, hactenus relictum. Imo ex tribus jam Diſputationibus Theologicis promtitudinem hujus Viri Juvenis exploratiſſimam habes. Hinc, cum non dubitaret LOSTIUM meum, vel potius tuum, cum eandem Civitatem patriam habeas, publica diſputatione expoſitum, Tibi etiam offerre, ſine literis eum dimittere nolui. Quas Tibi gratas fore tanto minus dubito; quo jucundior Tibi omni tempore egregii LOSTII tui fuit memoria? imo quo impenſius me concitaſti, ut hujus Viri vitam rerum antiquarum cupidis Lectoribus permitterem; quo diligentius denique, quæ in veſtris circulis ſepulta jacebant, eruiſti, exquiſiviſti, communicaſti. Sicuti vero ſponte tua in Schützium *meum benevolentiæ tuæ radios derivare voluiſſes, cujus probitatem cum induſtria indefeſſabili, & eruditione haud vulgari conjunctam omnium noſtræ Academiæ, quos audivit, Doctorum voces loquuntur, publica illa teſtimonia haud pœnitenda ſuffragatione confirmantes; ita eo cumulatius nunc favore tuo illum frui patieris, quin aliorum quoque Patronorum benevolentiam illi comparabis; quo majori cura nunc â me, volente ſic LOSTIO tuo, rogaris. Equidem, Tibi cum meo ipſius nomine ex arctiſſimo illo affinitatis vinculo plurimum debeam, aliena etiam* Schützii *mei cauſa plus me debiturum ſincere promitto: qui tanto alacriores mecum preces fundet, quo ſummum Numen omni proſperitatis genere Te perornare atque in omnem ſplendidiſſimam familiam tuam, ſed & meam, gratiæ ſuæ fluvios nullo unquam tempore exareſcentes, clementiſſime effundere velit! Vale quam belliſſime! Dab. Roſtoch. A. 1707. d. April.*

DAV. HENR. KOEPKEN. D. P. D. P.

(o)

2.1.

Q. D. B. V.

MEMORIAM CONRADI LOSTII

WISMARIENSIS,

J. V. D.

ET AB ANNO M CCCCLXXXIII. AD ANN. MDIII.

EPISCOPI SVERINENSIS

RENOVATAM,

DISPUTATIONE PUBLICA POSTERIORI

TEMPORA EPISCOPATUS EJUS EXHIBENTE,

EADEMQV ECIRCULARI,

PRÆSIDE

DAVIDE HENRICO KOEPKENIO,

PHIL. & TH. D. & HISTOR. PROFESS. DUCAL.

IN ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS

AUDITORIO MAXIMO

ANNO M DCC VII. d. XIII. AUGUST.

HORIS ANTEMERID.

AMICO COMMILITONUM EXAMINI SUBMITTET

GERHARD. Berling/Susato. Westphal.

S.S. Theol. Stud.

ROSTOCHII,

Typis Joh. Wepblingi, Seren. Princ. & Acad. Typogr.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0047

DFG

1.5



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0048
DFG

ANnus jam agebatur post millesimum qvingentesimũ octogesimus tertius, mensisqve Februarii tertius dies illuxerat, cujus hora tertia fluente *CONRADUS LOSTIUS* noster ex suffragiis Canonicorum Episcopi dignitatem indueret. Hujus vero anni sicuti nunqvam pœnituisse potuit Sverinensem Ecclesiam, qvamdiu adhuc pontificiis tenebris immersa esset; ita ejus quoque omnes purioris doctrinæ studiosi jucundam semper conservabimus memoriam, qvod is immortalis memoriæ Virum, & fidei nostræ integerrimum defensorem, LUTHERUM in hanc mundi lucem produxerit. Sed Sverinensi Ecclesiæ idem prorsus salutaris fuisse merito illis hominibus dicebatur. Imo variam felicitatis suæ periodum ab initio ejus temporis, qvo *LOSTIVS* in Cathedra sedere cœpit, universam illam diœcesin repetere potuisse ex inferius dicendis clarius eluceset.

Nova, quin summa, nunc dignitate *LOSTIVS* sese ornatum conspiciebat; & suo etiam *LOSTIO* jamjam salutato Episcopo tanquam novo qvodam sidere refulgebat omnis Episcopatus Sverinensis. Venerabatur certe ex hoc tempore Virum tum ex honestissimo thoro, atque à nobilissimis parentibus genitum, tum quoque eruditionis publico testimonio conspicuum, & vario rerum usu in duplici & *Canonici* & *Archidiaconi* munere pollentissimum Tanto minus hic illam censuram qvispiam vibrare ausus fuerit, quam usurpatam leges à *BUCELINO*, qvi Episcopos Metenses recensens meminit etiam *BORBONII*, filii naturalis HENRICI IV. Galliæ Regis

ex HENRIETTA de BALSAC Domina de VERNEVIL, *Idem* (*eheu*) inqvit, *Abbas Boniportus, Vallis Sarnensis, Tyronii, & S. Germani Parisiensis. Tales & sæpe pueros* (*m*), *& adulterio natos dolemus Galliam olim religione nobilem, præsules habere, & eheu habere meruisse!* (*n*)

Addendæ hoc loco sunt rationes, qvæ potissimum valuere in CONRADO nostro ad Episcopi dignitatem evehendo, qvas nec reticuit HEDERICUS. Primum enim fatetur, divitias LOSTII magnam Collegis spem fecisse, ut si Episcopus esset, Cathedræ suæ possessionibus egregie esset provisurus. Qvæ enim superiori tempore aliis pignori essent positæ, nondum ab Antecessore LOSTII, NICOLAO PENZIO erant liberatæ, qvin ipse NICOLAUS ad solutionem bis mille marcarum Lubecensium, qvas confirmationi suæ dignitatis impendere debuerat, Capitulo fuerat obligatus (*o*). Huic ille citatus Autor aliam addit causam, qva, in hanc electionem ut concederent, fuerint commoti; putarunt enim ob

---

gran-

(*m*) *De Puerulis Illustribus in Cardinalium Collegium adeo cooptatis vide Max. Rever. Dn. MAYERUM hodie Pomeraniæ citerioris Præsulem in Disput. de Cardinali Decano pag.* 16. *Illud vero prorsus singulare est pueri Cardinalis exemplum, qvod* JULII III. *beneficio is præbuit, qvi antea Simias ejus curaverat. Vid.* ZIEGL. Schaupl. der Zeit. *p.* 293.

(*n*) *Part. I German. S. p.* 36. *num.* 87.

(*o*) *Teste* HEDERICO *in vita ejus.*

dævam ætatẽ *CONRADUM* suum nõn diu fore superstitem. Et sane, si à primis academicis annis *CONRADI* ætatem computemus, & tum qvidem, cum albo studiosorum inscriberetur, circiter qvatuordecim, vel sedecim annos natum fuisse existimemus, non difficile erit dicere, nunc qvidem, cum Episcopus eligeretur, eum jam septuagesimum annum transcendisse. Præterqvam verò, qvod utilitati sedis Apostolicæ nihil derogaverant, qvi senes Episcopos præoptarent, qvo tanto citius Annatas novas sperare posset, Capituli etiam commodis satis callide videbantur prospexisse, qvotqvot in electionem senis Episcopi conspirabant, qvia jam paucis illis regiminis annis novus Præsul illa, quæ sperabant, emolumenta posset comparare; si vero concepta de eo spes decollasset, hoc supereſſet solatii, senectutem ejus morti jam esse vicinam, à qva, deficientibus paulatim viribus, non diu post esset subjuganda. Hac forsitan ratione compulsi Canonici Sverinensis, cum Anno 1479. in locum BALTHASARIS Ducis Meklenburgici, qvi derelicto pallio, ERICI Pomeranorũ Ducis filiam MARGARETAM, sororem SOPHIÆ, qvæ fratri MAGNO collocata erat, uxorem duxerat, Episcopum vellent eligere, ad grandævum *NICOLAUM* Episcopatus administrationem detulere, qvi in tertium annum vix sedit: sicuti nunc etiam in Episcopalem Cathedrám evocaverant *CONRADUM* nostrum, *Virum bene nummatum, sed annis multis gravatum.* Verum enimvero, *cum non diu crederetur superfuturus, sedit in annum vigesimum* (p).

Qvod si brevioribus hic interponenda sunt, qvæ

(p) *Vid. CRANZIUS Metropol. Lib. XII. Cap. 20. p. 331.*

ad Meklenburgicæ regionis administrationem pertinent, omnino renovare no oportebit memoriam maxime inclyti Principis & Ducis Meklenburgici, re & nomine MAGNI, Patre HENRICO illo geniti, qvi cognomine *Pingvis* in Historiis noscitur. Sicut enim ex antecedentibus perceptum est, post immaturam mortem JOHANNIS, atq; secutum non multo post obitum ALBERTI IVti, orbata marito Principe JOHANNE conjux superstes CATHARINA, non-dummaturis filiis Principibus, JOHANNE, & HENRICO, consiliis *MATTHIÆ AXKOVII* adjuta fasces tenuit, donec circa An. *MCCCCXXXVIII* (q) ipsi juniores Duces imperium sumerent, & conjunctim etiam administrarent. Altero autem fratrum JOHANNE illo An. *MCCCCXLIII.* (r) ad superos evocato, res omnis devoluta est ad HENRICUM à differto corpore *Pingvem* (s) appellatum, sed & nova Stargardiæ possessione auctum, cum ultimus ejus lineæ Dux ULRICUS II. hausto poculo venenato (t), qvod tamẽ ad

(q) *Vid. LATOM. ad A.* 1439. (r) *Conf. Clariss. THOMÆ Analecta Gustrovienſia Period. III. in Conſpect. Geneal. Tab. V.* (s) *Pluribus hanc appellationis rationem oſtendit MARSCHALUS THURIUS in Annal. Herulor. Lib. VII. c. 8.* (t) *Triſtiſſimum hunc caſum LATOMI verbis ad A. MCCCCLXXI. ſubjiciam, qvæ licet pluſcula fuerint, relegere tamen non recuſabit L.B.* Als Er aber (*nimirum Dux* ULRICUS *lineæ Stargardienſis, itinere in Terram ſanctam, qvod cum* MAGNO & BALTHASARE *ingreſſus fuerat, defuncto*) wieder anheim kam/ kam er jämmerlich üm sein Leben/ denn er hatte 2. von Adel an seinem Hoffe/ welche ihnen unter andern am Geblüte und Tugend wohl und

ad alium suffocandum præparatum fuerat, vitam cum morte commutasset. HENRICUS uxorē domū

 duxerat

gleich / aber beym Fürsten an Gnaden ungleich waren. Daher schöpffte der weniger Begnadete eine Mißgunst und Haß wieder den andern und wünschete in seinem Hertzen / daß er ihm lieber zu Grab möchte folgen / dann ihn für Augen gesund / und ihn beym Herrn vorgezogen sehen. Dieweil er aber nicht wuste / wie er ihn in und mit Ehren auß den Hoffe und Leben wegschaffte / als wurd er Rahts / ihn durch Gifft zu tödten / bereitet demnach daſſelbige und setzte es zur Hand / in Meinung bey ertappeter Gelegenheit es ihm unvermerckt beyzubringen. Aber der fromme und löbliche Fürst / so dieser Büberey / und hinterlistigen Nachstellung keine Wissenschafft hatte / findet das Gifft / und trincket so viel davon / daß er den Tod davon nimt. Muste also der großmühtige / und wegen seiner Kriegsthaten hochberühmte fromme Fürste / welchen vorhin in so vielen Kriegs-Schlachtungē weder die Büchsē noch die Schwerter tödten können / von seinē eigenem und ohne zweifel getreuen Hoff und Kammer-Junckern ohn und wieder seinen Willen getödtet / und dadurch nicht allein seine Gemahlin / Frau MARGARETHA, sondern auch daß gantze Land in Traurigkeit / weder so ihn GOtt durch einen natürlichen Tod ihnen genommen hätte / geführet werden. Es ist aber seine / kurtz vor seinem Abschied geführte Rede wohl Andenckens werth / da er gesagt: **O GOtt wie hat man gekämpfft / und gerennt umb 4. Bretter und ein Lacken!** Ist zu

Wantzke

duxerat DOROTHEAM, FRIDERICI I. Burggravii Noribergensis, & Comitis Hohenzollerani filiam

---

Wantzke im Kloster begraben/ und daselbst sein Schwerdt/ Wapen und Helm angehencket/ und für etlichen Jahren das Epitaphium auff Hertzog ULRICHS Hochtel. Gedächtnüß Begehr von *MILIO* seinem Raht alda gesetzet worden.

Hæc tua nobilitas toties spectatag. virtus
Promeruit, cippus ne nudus ossa tegat.
Dux ULRICE *tibi data stirps est, linea summa est.*
Te tulit extremum Stargaris alta Ducem.
Te genus & proavus decorant, Te stemmata gentis
Tollunt, Tu factis nobile nomen habes.
Vicini sensere virum, sensere cohortes,
Victricesq. tuas extimuere manus.
Nonne hac ad tumulum vagina conditus olim
Principis ULRICI *fatifer ensis erat?*
Hoc, fide, accinctus gladio sæpe hostica castra,
Sæpe Duces fudit Marchia terra tuos,
Hic Solymæ magna comitatus Principe templa
Vidit, tum Sinai saxa stupenda jugi.
At postqvam varios habuit sub Marte labores
Urget Grandævum senior atq. dies,
Error inest rebus: sic non sibi mixta veneno
Ignarus sceleris pocula forte bibit.
Et cum supremum sentiret superesse laborem,
Hos cœlum intuitus protulit ore sonos:
O qvantum belli, qvantus cum sanguine sudor
Qvattuor obq. asses, vile toralq. Deus?
Verum ille ut merito posthac honore jaceret,
Principis ULRICI *hoc nobile fecit opus.*
Vivit perpe tuo, mortisq. est nescia virtus
Si bene pro meritos præmia digna manent.

filiã(u) ex qva suscepit ALBERTUM, JOHANNEM, MAGNUM, & BALTHASAREM, tresq; filias, CATHARINAM (x), ANNAM, ELISABETAM. A morte vero HENRICI, qvæ anno *MCCCCLXXVII.* post triginta & novem annorum imperium, secuta est, ALBERTUS Vtus qvidem ex consensu fratrum Gustroviæ aliqvandiu imperitavit, sed hoc ipso anno MCCCCLXXXIII. improlis diem obiit supremum. Secundo-genitus JOHANNES in terram sanctam profectus, nec unqvam patriæ redditus est. Superstites erant fratres MAGNUS, & BALTHASAR. Hic prius Episcopum egit Sverinensem usq; ad annum MCCCCLXXIX, uti est apud *HEDERICUM* (y): cum vero cerneret dominationem Meklenburgicam jam jam ampliorẽ sui divisionem inter plures pati posse dimissa Ecclesiæ Sverinensis cura conjugium iniit, & cum fratre summa animorum consensione, nec tamen diviso imperio præfuit, ita tamen, ut fratri MAGNO potiorem regiminis curam reliqverit (z). Ejusdem vero MAGNI pro Ecclesiæ

 augmento

(u) *Qvam habuit Sverini cum matre, nonnullos adhuc annos superstite, sine ulla dissensionis intercapedine.*

(x) *Nomẽ* CATHARINÆ *ab Avia* CATHARINA *habuit, qvæ tanto perfusa est gaudio novæ sobolis nativitate, ut in honorem Dei aureum poculũ sacris usibus dicaverit, qvod Bützovii, qvoties Episcopus sacra synaxi uteretur, adhiberi consvevit, teste LATOMO ad Ann. MCCCCLIV. Verum hæc* CATHARINA *in tenella adhuc ætate concidit, & nondum septennis casu qvodam difficiliori afflicta animam exhalavit. LATOM. ibid.* (y) *Vide in Vita* BALTHASARIS (z) *Conf. eundem HEDERIC. l. c.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0055
DFG

augmento impensissimam industriam, & sollicitudinem prorsus singularem occasionem dedisse arbitror illi familiaritati, qvam inter ipsum Ducem Sereniſſimum, atq; *LOSTIUM* noſtrum interceſſiſſe commemorat B. *CHYTRÆUS* (a).

In Romana Civitate Petri Vicarium ſeſe illo tempore jactitabat SIXTUS IV, naturæ dotibus eximiis inſtructus, & pontificiæ ſuæ autoriiatis non ultimus amplificator. Hujus ſummi Pontificis tum lectæ ſuere literæ publicæ, qvas ab appenſo ſigillo, *Bullas* appellare conſveverunt (b), nimirum *Bulla promotionis & confirmationis* ejus, *Bulla juramenti*, *Bulla abſolutionis*, *Bulla ad Archi Epiſcopũ Bremenſem*, *Bulla ad Capitulum*, *Bulla ad Clerum*, *ad Vaſallos*, *ad Populum*. Etſi enim ſuperioribus temporibus confirmatio Epiſcoporum ab Archi-Epiſcopis, qvorum curæ eſſent ſubjecti peteretur, & hi demum ab ipſa Romana curia pallium acciperent, poſteriorum tamen temporum alia plane erat facies, cum apoſtolica, uti dicitur, ſedes, omnia, ex qvibus qvæſtus aliqvis rediret, (c) ad ſe pertraheret. Eos mores revera ita poterat ferire *MANTUANUS*

venalia nobis
Templa, Sacerdotes, Altaria, Sacra, Coronæ,
Ignis, Thura, Preces, Cœlum eſt venale, Deusq;,

Qvos verſus elegantiſſime prorſus, dialecto illa ætate uſitata, ſeqventem in modum reddidit. B. *GRYSE* ad Ædem B. Catharinæ hic Roſtochii qvondam Paſtor-

(e) Der

(a) *Libr. c. pag. 43.* (b) *Vid. de FRESNE Gloſſar. Tom. I. p. 638.* (d) *Conf. D. LAURENS de Jure Papali Princ. Evang. Cap. III. p. 59*

Der Pape mit Kercken/ und Altar
Mit Wieroock/und aller syner Wahr/
Dat Hilligdom/ und Klocken-Thon/
De Helle/dat Fege-Für und syn Lohn.
Ock dat Gebedt/des Himmels-Thron/
Ja Godt sülvest tho Rom feyl stahn (e).

Sicuti ergo ab Archi-Episcopo Bremensi Sverinensium Episcoporum & confirmatio & inauguratio olim peragebatur, ut hinc ipse *CRANZIUS* se nescire profiteatur(f),qvid impetrare debuerint duo illi Canonici, qvos *THEODORUS* Episcopus Sverinensis anteqvam Cathedram conscenderet, Romam misit, cum illo tempore ab Archi-Episcopo tum confirmatio, tum consecratio peti consveviſſet: ita nunc mutatos seculi sui mores seqvi oportuit *LOSTIUM*, ut dignitatis suæ splendorem ex aula Pontificis derivaret. Indicium etiam factum est à Camera Apostolica persolutæ à *CONRADO* Annatæ. Summa autem expensarum pro ea factarum fuit 463. florenorum, octo assium, & sex obulorum. Nec tamen id mirum videri poterit, qvod & apocha hæc, & illa diplomata qvatuor integris mensibus antea, qvam Episcopus constitueretur *LOSTIUS*, videantur consignata. Subscriptio enim ibi

(f) *Vide Ejus* Spegel des Antichristischen Pawestdoms *&c. lit. O.* (f) *Qvod tamen ut insolitum non ignoraſſe crediderim CRANZIVM. Rationem enim ipse affert, cum literas Pontificis ad Archi-Episcop. Bremensem exponit, qvibus defectum natalium legitimorum, qvod milite qvodam soluto & soluta genitus esset, supplebat Pontifex. Metropol. Lib. VIII. C. 3. p. 201.*

ibi habet *A. MCCCCLXXXII.* & in his Bullis legitur: *Datũ ROMÆ MCCCCLXXXII. 9. Kal. 8br.* Etenim hinc elucescit, annum superius adductum octogesimum tertium, diemqve tertium Februarii de consecratione testari tum qvidem peracta, cum suffragia Canonicorum pro electione ejus jam superiori anno fuerint collata. Ita vero, colligi potest, *HEDERICI* verba etiam esse intelligenda, qvi de *LOSTIO* nostro infit: Wird nach gethanem Eyd zum Bischoff zu Sverin vom Capittel erwehlet / und *confirmiret* den 3ten *Febr.* umb 3. Uhr Nachmittag Anno 1483. Sicuti & hæc mens fuit B. *CHYTRÆI*, qvando ad verba: *inde Episcopus Sverini electus & consecratus*, in margine addidit annum *MCCCCLXXXIII.* ut ad *inaugurationem* potius respiceret. Qvod tanto illustrius patet editionem germanicam Saxoniæ ejus, de Anno 1597. qvam ipse Autor celeberrimus revisit, intuenti, ubi ad verba: Darnach Bischoff zu Schwerin worden, in margine adjecto est annus *MCCCCLXXXII.* Cal. Julii, qvo simul ipse dies innotescat, qvo votis sibi suis destinaverint, Canonici *LOSTIUM* Episcopum.

Sicuti vero Scholastici novem personarũ generibus qvibus non licet vovere, nempe *amentibo, furiosis, pueris, puellis, clericis (qvatenus scil. ad peregrinationes & alia, qvæ sine detrimento Ecclesiæ fieri neqveunt, se obligant) servis, religiosis (sine licentia Prælati), uxori, & viro*(g), ipsos etiã *Episcopos* annumerant; ita cum *LOSTIUS* qvondam, forte non dissentiente Episcopo, statuisset in Angliam iter facere, & Templum

(g) *Qvæ sunt ipsissima verba nostratis Theologi B. DAVIDIS LOBECHII disputat. XXVII. in August. Confess. p. 24.*

Templum qvod B. Thomæ sacrum erat, visitare, ê re Ecclesiæ Sverinensis esse videbatur electum nunc Episcopũ *CONRADVM* â voti hujus observatione absolvere. Qvare *JVLIANI* Episcopi Sabinensis literæ datæ sunt ad sacerdotem illum, qvi *CONRADO* nostro a sacris erat confessionibus, ut susceptum votum illud rescinderet, qvod SIXTI Pontificatus tempore jam factum est (h).

Jamqve, ne ulterius ignoremus, qva sollicitudine, qvave contentione omnem suorum exspectationem impleverit *LOSTIVS*, actiones ejus nunc contuebimur, tum pro restituenda, tum pro ornanda Ecclesia sua, acerrimo, & ut verum fateamur, sapienti nonnunqvam consilio susceptas, eo ordine, qvem temporum series nobis in plerisq; injungit: ex quibus effici poterit, non facile pœnitentia duci potuisse, qvi suffragatione sua *LOSTIUM* Episcopum esse voluerant.

Prima vero laus *CONRADI* Episcopi est, qvam *CRANZIVS* ei tribuit (i), qvod multa Ecclesiæ prædia pignore obligata, aut ære gravata alieno redemerit, & Ecclesiæ libera reddiderit. Qvo si non eamdem, certè non multo posteriorem gloriam promeritus est ea, qvam â suis tulere, qvi pio animo agros illos Ecclesiæ Sverinensi primi liberalissime concesserant. Lectissimis vero vestigiis ita secutus est laudatos in illa Cathedra majores, ex. gr. *ALBERTVM*, inde ab anno 1356. Episcopum, sed deinde alii Cathedræ dicatum, qvi omnem operam navavit, ut oppida ad Episcopatum pertinentia,

(h) *Vid. in Citato Extractop. 286.* (i) *In Metropol. lib. XII, c. 20.*

Butzovium & *Warna*, qvæ *BULOVII* occupaverant, restituerentur, deñ die Kirchen Güter wären dermassen verkleinert/daß der Bischoff im gantzen Stifft kaum so viel Raum hatte/da er sein Haupt hinlegte(k): *FRIDERICUM II.* Warnæ A. 1375. demortuum, natu *BULOVIUM*, qvi Cathedram suam debitis gravissimis numerata pecunia liberavit, atqve suis itidem impensis creditoribus aliis satisfecit, ut de hypothecis suis decederent: *HERMANNUM KOEPPEN*, vel, qvæ est scriptio *ALBERTI CRANZII, CAPPE*, qvi pro ejus virtute hæc scribit: *Optimus in ea Ecclesia Pontifex, qvi cum bona illi plurima providendo, acervando, constituendo feciſſet, multa Ecclesiæ prædia dudum alienata revocavit, pignorata luit, & ad qvietum usum Ecclesiæ suæ providentia reduxit* (l). Errare vero hic *CRANZIUM* probe asserit *HEDERICUS* (m), cum ea de *HERMANNO* proferat, qvæ in *FRIDERICUM Bulovium*, de qvo paulo ante, aptissime qvadrent, sicuti non minus graviter fuerat hallucinatus, qvando *FRIDERICUM* hunc plebeium origine Virum fuisse putaverit, cum tamen familiam & generosiorem stirpem monumentum Sverini in Æde Cathedrali adhuc superstes manifeste demonstret. Qvicqvid deniqve præclarum hac in parte præstitit *WERNERUS WOLMERVS*, Butzovii Anno MCCCCLXXIII. fato functus, ut *CRANZIUS* de eo affirmare posset, qvod *cum magna laude præfuerit Ecclesiæ suæ, multa extruens in arcibo Ecclesiæ, nullis magnis impendiis ecclesiã gravaverit, mediocris in sumtibo, & omni apparatu: providus in omni opere, modestiamqve*

(k) *HEDERIC. in Vita ejus* (l) *Vid. Metropol. lib. XI. c. 33. p. 309.* (m) *in Vita HERMANNI.*

qve ubiqve ſervaverit (n); id cum ampliationeqvadam de *LOSTIO* noſtro dici poterit. Neque vero contra hæc munificentiæ documenta afferri poterit, quod *GERHARDO LOSTIO* Conſuli Wismarienſi,& *Marqvardi Langediderichs* viduæ *GERTRVDÆ* in eadem civitate, in *STROEMENDORPIENSI* ſacello annuos reditus duodecim marcarum Lubecenſium, nimirum ex agro *Pennevitze* ſex & dimidiæ marcæ, alioqȝ loco *veteri Woltern* dicto qvinqve & dimidiæ marcæ, pro ducentis marcis Lubecenſis monetæ *Butzovii Anno 1484. in Octavis S. Martini* vendiderit. Conſenſit enim ſine dubio in hanc venditionem univerſum Capitulum Sverinenſe, à qvo, demortuo circa initium Anni *MCCCCXLIV. HERMANNO*, conſtitutum fuerat, ne cui Epiſcopo liceret unqvam, pretioſa illius absqve Capituli præſcitu divendere, vel pro pignore alicui cedere, vel ad profanos uſus convertere (o): tantoqve magis curatum fuit, ne illæ facultates & prædia ſua diſtraherentur, ex qvibus anniverſarii fructus ad Cathedram redundarent. Potuit illi venditioni temporis ratio favere, qvo paratam pecuniam majori Eccleſiæ neceſſitudini ſine dubio impendere volebat Epiſcopus, qvam commodiori occaſione redderet emtoribus: ſicuti ea etiam conditione contractum ſignatum eſſe obſervo, ut Capitulum renumerato ære ſuum qvovis tempore reciperet.

Dubitari autem poſſet, an ædes eas, qvas à *Nicolao Gornovio* Cive Sverinenſi, pro ſeptuaginta qvinqve marcis Anno MCCCCXCVIII. Dominica I, poſt Michaelis feſtum emit, in augmentum

(n) *L. c. lib. XII. c. 5. pag. 313.* (o) *HEDERIC. in Vita HERMANNI.*

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn821959239/phys_0061 DFG

Ecclesiæ suæ comparaverit, nisi indicium ejus in literas Capituli esset relatum (p): si enim ad privatas *LOSTII* facultates debuisset censeri, non sane Episcopatus illius chartis fuisset insertum.

Commodum hic afferetur illis contentionis mentio, qvam subiit *LOSTIUS* cum Meklenburgicis Ducibus MAGNO & BALTHASARE ad Cathedrale Templum in civitate Rostochiensi instruendum. Pro eo enim ardore, qvo uterqve Princeps & inprimis MAGNUS Ecclesiæ augmentis invigilandi flagrabat, facili negocio à Clero Sverinensi fuerant incensi, ut Collegiatam Ecclesiam dici vellent, qvæ hic loci B. Jacobo qvondam fuerat dicata. Ratio autem, qva commoti fuerint, ut in hac præ cæteris civitate Cathedram erigere conniterentur, inter alias ita expressa legitur apud *LINDEBERGIUM*, *ut nocte dieqve in ea laudes divinæ perennarentur* (q), *& Doctores postmodum laboris pertæsi se collocarent ad qvietem*, qvi nunc saburratis marsupiis dispergerentur per totum terrarum orbem, adductis secum qvæ diuturno labore conqvisiviissent. Cum igitur MAGNUS Dux qvi *efferbuerat in re, qvam divinus cultus & splendor religionis omnibus facit commendabilem*, uti loqvi-

(p) *In cit. Extract. No. CCCCLXXXVII.* Nicolaus Gornow Bürger zu Schwerin verkauffte dem Bischoff *CONRADO* ein Hauß auff der Schelfe vor 75. Marck/ *Anno* 1498. *Dominica Ima p. Michaël.* (q) *mallem dixisset, perennarent, sed cum CRANZIO ita lib. XII. c. 39. p. 314. loqvi placuisset, idem forte vocabulum præoptavit LINDEBERG, Chron. Rost. lib. III. Cap. XIV. 19.*

loqvitur *CRANZIUS*, Senatui & Academiæ Roſtochienſi hanc ſuam intentionem pateſeciſſet, tanto major ſpes ex eorum demonſtrata in hoc inſtitutum animi propenſione videbatur elicienda, fore, ut votis ipſius feliciter ſatisfieret. Aſt, qvam acerbe, qvam iniqve complures deinde contra id ſenſerint, qvomodo non tam Eccleſiæ, qvam dominationis ſuæ augmenta Principes optimi intenderent, & munitionem qvandam, ad civitatem hanc coercendam, intra mœnia ejus eſſent ædificaturi, uberioribus legi poterit apud citatos paulo ante autores. Ubi ſimul obſervari poteſt, qvanta acrimonia Ducum ſuorum conſiliis univerſa plebs Roſtochienſis repugnaverit. Ea ergo, qva polluit authoritate *LOSTIUS* noſter, exacerbatum vulgus venerabili & paterna ſua adhortatione demulcere ſtuduit, ſicuti patet ex indicio *LATOMI*, mutter weile brachte Er (nimirum MAGNUS Dux Meklenburgicus, qvi uti regiminis, ita etiam Eccleſiæ longe majorem curam geſſit fratre BALTHASARE) ein freundliches monitorium beym Biſchoff zu Schwerin Hr. *CONRAD LOSTEN* an die Roſtocker aus/ darinn er ſie vermahnet/ der Fürſten gut und chriſtlich Vornehmen nicht zu hemmen/ſondern nach allen Vermögen fortzuſetzen/ daß S. *Jacobs* Kirche/ümm Beförderung GOttes Ehre willen/ zum Thum gemacht würde. Im Fall aber ſie nach/ wie vor darin ſich würden zu widerſetzen und legen/ ſo würde Er als ein treuer Hirt durch den Ban/die rendigen Schaffe von den geſunden Schaffen der Chriſtenheit abſondern und ausſchlieſſen/und ihnen alles Predigen und Gottesdienſt legen. Qva tamen minus induci potuerunt Roſtochienſes, ut

Ducis sui conatibus suam suffragationem conjungerent. Tum vero cum nihil efficere potuisset monitione sua, nec seqventi etiam tempore dicto magis essent audientes Rostochienses, fulmen illud præsignificatum eos feriit. *LATOMUS* eum in finem addit: Der neue Bischoff wolte die Fürsten nicht erzürnen / hat derowegen die Stadt Rostock mit allen Bürgern und Einwohnern in den grossen Bann gethan. Ubi tamen non repugno, si qvis existimaverit, non ita *CONRADVM* nostrum Ducum Meklenburgicorum iram metuisse, ut hac unice commotus excommunicationis ferula Rostochienses percussserit: sed cum muneris sui partes reqvirere crediderit, ut qvod minatus fuisset, nunc sollicite effectui daret, simul ipsis etiam Ducibus Meklenburgicis, & imprimis MAGNO gratam præstitisse operam, qvi illa Rostochiensium contumacia non minus, qvam superiori violentia (r) valde offensus fuerat. Omnia tamen recte habere, nec integritatem suam dispelli ab hoc Episcopali fulmine potuisse sibi persvadebat universa plebis concio, qvod justo tempore ad summi Pontificis Romani tribunal provocassent, sicuti & hanc sententiam ê doctis complures comprobarunt, pro invalida illam excommunicationem ita habendam esse. Nec dubitarunt ex Clericis Fratres Franciſci & Dominici, (qvorum collegia hic Rostochii erant, & illorum qvidem ad templum B. Catharinæ, horum vero ad illud, qvod B. Johanni sacrum est,) qvin hac vice minus affligi potuissent. Qva ratione cum illi sacra continuo facerent, fulmen illud ecclesiasticum sibi non adeo perni-

(r) *de qva Vid. LINDEB.*

pernicioſum eſſe reputarunt. Eoqve minus ſibi metuerunt, cum Academia qvoqve conſiliis aliorum de inefficacia Cathedralis illius fulguris, ob interpoſitam appellationem, acceſſiſſet (s). Qvibus vero motibus inde agitata ſint Roſtochienſium mœnia, usqve ad ipſam Templi Cathedralis conſtructionem, ex *CRANZIO*, & qvi ex eo ſua hic mutuatus eſt, *LINDEBERGIO* legi poterit. Breviſſimis hic notari poterit, Ducem Meklenburgicum MAGNUM cum Epiſcopo Raceburgenſi, qvi fuit *JOHANNES PARKENTIN*, ſub Autumni tempus Romam conceſſiſſe, atqve ibi facilem deſideriis ſuis inveniſſe Pontificem INNOCENTIUM octavum, â qvo etiam ſufficiente facultate armatus fuit Princeps religioſiſſimus: cumqve ad loci religioſi conſtitutionem conſecratio Epiſcopi reqviratur (t), anxie petiti negocii exſecutor conſtitutus eſt præſens Epiſcopus Raceburgenſis, addita ſimul ea clauſula, ut licet Pontifici Romano, qvi ægro plerumq; corpore laborabat, ſpiritus intercluderetur, decretum tamen illud vigore ſuo non excideret. Gratiſſimum cœteroqvin ſanctiſſimo ſ. v. Patri illum Ducis Meklenburgici conatum exſtitiſſe, hoc adeſt documentũ, qvod Aurea Roſa eum donare promiſerit, qvam ſeqvente qvoq; anno Roma ipſi miſſam eſſe teſtatur *LATOMUS* (u).

Non

(s) *CHYTRÆUS l. c. p. 41.* (t) *Vid. D. LINDEMANNI Exercit. Juſtinian. Diſput. I. tit. XI. §. 4.* (u) *loc. cit. Eamdeinde anno MCCCCLXXXVIII. in feſto Corporis Chriſti Grevis molæ, ubi conventus ad ſopiendos Roſtochienſes motus celebrabatur, una cum hoſtia circumferri curavit, populo eadem veneratione eam proſeqvente, qva ipſum ſacrum Symbolum*

Non addo hic Rostoch ienſiũ conſultationes, qvo-modo Ducum ſuorum miniſtris, iiſq; qvi Epiſcopi Raceburgenſis nomine facultatem à Pontifice Romano conceſſam demonſtrabant, reſponderint, variisqve promiſſis, interpoſitisqve aliis tergiverſationibus id egerint, ut conatus Principum prorſus everterent, atqve diſturbarent. Cum vero ex ſententia Principum ad ipſam ſolennitatem cathedram in Templo Jacobæo ſtatuendi ventum eſſet, qvæ munia *LOSTIUS* noſter obierit, ut hoc loco ſignificemus, inprimis monemur. Dies erat duodecimo

---

lũ. Rationẽ tanti honoris roſæ huic habiti addit ex REIMARI COCHII Chronico Lubecenſi: Denn der Heil. Pabſt hatte ſie zu Rom in der Kirch zum Heil. Creutz auff dem Altar mit wohlriechenden Balſam zerrieben / Meß-Weihe-Waſſer / und allen wohlriechenden Kräutern / und Gewürtz durch Abergläubiſche Gebete und Segen / zäuberiſcher Weiſe am Roſen-Sontag oder *Dominica Lætare*, ſeiner Gewohnheit nach geweyhet / (*Conf. ad hos ritus RECHENBERGII Diſſert. de Aurea Roſa Lipſiæ Anno 1666. habita*) und Hertzog *MAGNVSSEN* als einem mächtigen *Magnaten* und groſſen Beförderer der Römiſchen Kirchen / zur Beſtätigung ſeiner Päbſtiſchen Lügen und Mörderey / in und mit groſſer *Solennität* zugeſchicket / mit dieſen *Epigrammate*:

Accipe MAGNE *roſam auri Dux fronte ſerena,*
Summi Pontificis munera magna fero

Regnum

cimus Januarii anni *MCCCCLXXXVII.* qvo Sereniſſimi Duces MAGNUS, & BALTHASAR (x) una cum Epiſcopis venerabili dignitate conſpicuis *JOHANNE PARKENTINO* Raceburgenſi, *& CONRADO LOSTIO* Sverinenſi, plúrimisqve aliis nobiliſſimis & reverendis viris ſtipati, præſentibus etiam urbis hujus Conſulibus & Conſiliariis, multa ſolennitate, in Templum a Jacobo dictum ſeſe contulerunt. Sacra ibi peregit *LOSTIUS*, atqve miſſam legit de Spiritu S. non ſine opulenta præſentium in tam ſplendida corona Virorum graviſſimorum oblatione. Autor eſt *LATOMVS*: Es hat der Biſchoff Hr. *CONRAD LOSTE* eine Meſſe vom Heil. Geiſt gehalten / worzu denn alle Fürſtl. Perſohnen und Edelleute willig und mildiglich geopffert. Qvo facto *JOHANNES* Raceburgenſis Eccleſiæ Præſul magnifice confedit, & Bullam Pontificis publice prælegi juſſit,

H dein

Regnum MAGNE *Tibi virtus pietasqve decorq;:*
Hanc dedit & noſtræ relligionis honos.
Olim non dubitas ſanctorum viſere limen
Tu, Petri & Pauli qvod colit Eccleſia.
Tu potes ô nimium lætari munere tali,
Tu potes & ſummo reddere dona DEO.
His igitur qvæſo regnorum maxime Princeps,
Hanc noſtram ſemper Tu tueare fidem.
Sic Tibi lanificæ producant penſa ſorores,
Sic valeas menſes cernere Neſtoreos.
Cujus carminis autor, ſi qvid conjcio, is fuit, qvi munus hoc MAGNO *Duci reddidit, nempe REIMARUS HAN,* ein groſſer *Prælat, uti dicitur LATOMO.* (x) *Vid. CRANZ. LINDEB. & LATOM. l. c.*

dein aliarum literarum pontificiarum recitationem addidit, qvibus ipsi injunxerat Papa negocii hujus exsecutionem. His ita peractis subjiciebatur publica initiatio *Cathedralis Ecclesiæ*, qvo nomine posthac Jacobæum Templum esset appellandum, omniaqve necessaria ei prospiciebantur, velut *sigillum*, *bursa communis*, *aliaqve collegialia* insignia (y). Capitulum constituebant Ecclesiarum Rostochiensium Pastores cum octo Canonicis, qvibus singulis sua demonstrabantur subsellia, ubi qvisqve sacris invigilaret: & consultationibus secretior Templi locus concedebatur, qvi nobis vulgo audit die Sacristey, qvo novos capitulares Episcopus adducebat, adjectis seriis hortaminibus, ut sedulo munia obirent, & sacris horis cultui divino sine intermissione vacarent. Ita colophonem solennitati diu desideratæ additum admodum lætabatur Dux MAGNUS, religionis suæ, utinam jam tum verioris! assertor longe impigerrimus, & cum Præcelsissimo Fratre, & Sereniss. Principibus Feminis, atqve utroqve Præsule Reverendissimo, constitutisqve recens Capituli membris, plurimisqve aliis viris egregiis munerum & generis nobilitate præcellentibus domum repetebat; ubi lautissimis epulis ad complendum illius diei splendorem, præter eos, qvi se subduxerant, excipiebantur. Omnia ex voto fuissent gesta, si qvæ oborta fuit subito tempestas, facili negocio potuisset componi, nec plebis furor, & turbulenta tot ingenia bello coerceri debuissent à Ducibus paci deditissimis. Qvo de cum nostrum non sit pluribus agere, citati Autores à B. L. consuli poterunt.

Interim

(y) *LINDEBERG. lib. III. cap. XII. p. 95.*

Interim hac belli flamma sæviente, novæ inaugurationi intererat *LOSTIUS*, nec intererat solum, sed eamdem prorsus conficiebat. Siqvidem sereniſſimi conjuges, MAGNUS Dux Meklenburgicus, & SOPHIA Ducis Pomeraniæ ERICI II. soboles, filiam suam DOROTHEAM sacris destinaverant, & superiori jam tum anno nondum novennem in monasterio Ribbenitzensi præsentem stiterant. Seqventis Anni MCCCCLXXXIX. die à B. Luca appellato, concio Illustriſſimorum hominum ibi aderat. Confluxerant enim eo teneræ monialis hujus pientiſſimi parentes, summæqve ipei fratres celsiſſimi: nec minus patruus BALTHASAR Dux Meklenb. cum uxore, & INGELBURGA, filia principe HENRICI Stargardiæ Domini. Aderant etiam Abbates Dobbrani & Darguni viventes, multiq; ex utroq; sexu nobili stirpe oriundi. Atq; in hac tam illustri corona *LOSTIVS* sacra fecit, & DOROTHEAM principem Sanctæ CLARÆ, cui hac monasterium quondam ab HENRICO *Leone* dicatum fuerat, desponsavit, atqve amictu illis vestalibus usitato solenniſſime circumdedit, qvæ non multis annis post Abbatiſſam ibidem egit (z). Hanc vero si tam pusilla ætate sacris virginibus adscriptam fuisse miraberis, non alienum id à superiorum temporum consvetudine fuisse cogitabis: qvin ab ipso HENRICO *Leone* & illustriſſima conjuge ejus filia vix trimula, posteaqvã ubera matris sugere desiiſſet, in idem hoc a se constitutum, & ab Episcopo Sverinensi *JOHANNE GANS* inauguratum monasterium fuit deducta, &

(z) *Vid LATOM. Confer. etiam LINDEBERG, Chron. Roſtoch, lib. I. c. V. p. 21.*

curæ proviſoris illius Conventus *DIETERICI à STVDENITZ* commendata.

Jam vero qvalem primi Epiſcopatus anni viderunt *LOSTIUM* meum, talem poſteriores etiam habuerunt, nimirum muneri ſuo omni ex parte ſatisfacere cupientem. Temporis autem ratio nunc poſtulat, ut mentionem injiciamus nefandæ illius impietatis, qva ſacra hoſtia ab inſaniente atqve inſolentiſſimo qvodam Eccleſiæ miniſtro Judæis vendita, & ab his miſere confoſſa & confixa eſſe dicitur, qvamve rationem muneris ſui ad reprobandam perniciosiſſimam hanc neqvitiam habuerit *LOSTIUS*, perſpiciamus. Nota vero jam in vulgus eſt illa narratio, nec vel civem Meklenburgicum, vel aliarum gentium multos latet, ex qvo non tantum flamines illi Sternbergenſes miraculum huic hiſtoriæ connexum univerſo orbi enixe commendare allaborarunt, ſed etiam publici ſcriptores eam illa ætate diſſeminare non dubitarunt. Ita in libro qvodam Chronicarũ (a) obſervavi ſeqventia: *Genus hominum calamitosũ Judei. Etſi ſuperioribꝰ temporibꝰ in plerisq; locis Germaniæ ac aliis provinciis, divinissimũ Sacramentũ variis temptationibus, moleſtiis ac erroribus indigniſſime tractarũt, præcipue in vratislavia, patavia, & ratispona &c. nec impune hoc flagitium inultum fuit. Noviſſime anno ſalutis* 1492. *die* 12, *menſis Octobris in oppido Sternebarg ſub dominio principum magnopolenſium auxilio Petri ſacerdotis* Eleazar *judeus, & complices ſacramentum corporis Chriſti per hoſtiam majorem & minorem obtinentes, has perforarunt, & cruor illico proſiliit, qvo lintheum precin-*

(a) *Qvi Anno ſalutis* 1493. *ſtatim in forma majori prodiit Nurembergæ ex officina ANTONII KOBERGERI.*

precinctum ruborem accepit. Qvo miraculo territi ad petrũ deserunt, Principes autem illustres, balthasar, & magnus re comperta cum vestigia vulnerum (qve remanserant) cernerent, judeos cum majestatem exempli contemserint ac religionem illuserint, concremari fecerunt. MARSCHALCUS THURIVS facinus illud peculiari etiam libello (b) prosecutus fuit, qvem dein secuti sunt *HEDERICUS* (c), & diligentissimus rerum Rostochiensium scriptor *PETRUS LINDEBERGIUS* (d). Ex his fontibus eandem recensionem postea concinnarunt *LATOMVS*, aliiq; plures, & paucis abhinc annis verbis *LINDEBERGII* eam exhibuit merentissimi parentis egregia soboles *JVLIVS ERNESTVS HAHN*, Pastor Ecclesiæ Parchumensis haut vulgaribus donis probe conspicuus (e), ut hic loci eam repetere opus non sit. Tantum ne B. L. nostrum celemus judicium, omnino existimamus, non omnem enarrationem hanc fabulis Romanæ Ecclesiæ esse annumerandam. Sicuti enim exploratissima omnibus est Judaicæ gentis malitia prorsus horrenda, qva gravissimas Christianorum cætui calamitates afferre nullo unqvam tempore dubitarunt, & non solum omnem eorum tranqvillitatem

(b) *Cujus titulus: Res à Judæis perfidissimis in Monte stellarum gesta, ad Illustres Principes* HENRICUM & ALBERTUM *Duces Megapolenses.*
(c) *Tum in Chronico Sverinensi ad Ann.* 1492. *tum in Historia Episcoporum Sverinensium, qvam nonnisi manuscriptam novi, & qvidem in Vita* CONRADI *nostri.* (d) *In Chronico Rostoch p.* 103.
(e) *In Diss. de Hostia Sternbergensi a Judæis confossa, & cruentata, quam Lipsiæ habuit Anno* 1698.

politicam disturbare conniſi ſunt (f): ſed imprimis etiam Eccleſiæ officere ſtuduerunt; ita & in hac Meklenburgica terra ſemel atq; iterũ in conviciandis hoſtiis immanitatis ſuæ documenta prodiderunt. Nec tamẽ qvæ *Cracoviæ*, qvæ *Guſtroviæ* ſeculo decimo qvarto nefanda perpetraverint, hic loci placet recolere. Legiea poſſunt apud *CRANZIUM*, *MARSCHALCUM* Thurium, *LATOMUM*, & qvi nuper admodum in ornamentum civitatis ſuæ Analecta *Guſtrovienſia* luci permiſit, Clariſſimum Dn. *THOMAM* (g), Qvidni vero hoc tempore eo impudentiæ atqve improbitatis progredi vel potuerint, vel voluerint? ut hoſtiam à ſacrificulo vili pretio emere, eamdem in ſolennitate qvadam nuptiali hoſpitibus producere, & ſimul Servatorem noſtrum dulciſſimum, qvem, uti eorum temporum incompoſita plurimorum ferebat doctrina, hoſtiam induiſſe edocti erant, non ſolum conviciis impiiſſimis proſcindere, ſed & ſymbolum illud telis armisq; trajicere auſi ſint, qvod crimen poſtea debito ſupplicio una cum ſacerdote luere ipſos oportuerit. Si qvis, inqvam, é vetuſtioribus illis monumentis, qvalia ſunt tabula qvædam in Templo Sternbergenſi adhuc ſuperſtes, & mons, juxta oppidũ, qvod in eo Judæi combuſti ſint, nomen in hunc diem obtinens, ut dicatur der Juden Berg/ & hiſtoricorum literæ nudam Judæorum perverſitatem, & enorme ſcelus adverſus Chriſtum in affligenda qvomo-

(f) *Confer, elegantiſſimus Diſcurſus D. JOH. KITZELII de Regali Judæorum habendorum & p. 7. ſeq. Tractatulus Germanic.* Verzeichnüß der Jüdiſchen Läſterungen Anno 1614.

(g) *Dicti illius Tractatus pag. 81. ſeqq.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0072
DFG

da qvomodocunq;, & proscindenda hostia velit esse demonstrata, non sane est, ut refragemur. Alia autem & longe diversa sententia pronuncianda erit, si ad illas circumstantias respexerimus, qvæ cum eadem historiæ connexione conjunguntur, cum hostiæ illæ dicuntur subsiliisse, sangvinem misisse, & qvid non mirata dignum perfeciſſe. Has enim incremento Pontificiæ superstitionis serviisse, & ut servirent, ad fallendum & emungendum vulgus à mendaci Clero ex instituto excogitatas esse, prorsus persvasi sumus.

Illorum vero mendaciſſimorum hominum ipes neutiqvam decollavit, cum effictis variis miraculis, & iis qvoqve, qvæ à repertis hostiis effecta sint, id assecuti sunt, ut ex remotis pariter atqve propinqvioribus regionibus, institutis profectionibus Sternbergam confluxerint, atqve oblationibus suis rem eccle. siasticam maximopere ditaverint.

Qvo enim ardentiſſimo zelo pro sua, qva meliorem non noverat, fide connitebatur MAGNUS cum fratre BALTHASARE, anno eodem, qvo loco hostiæ erant defossæ ædificii fundamenta jecit, atqve simul Cœnobii Ordinis Augustini, & seqvente MD. impetrato Pontificis, qvi tum Romanæ sedi præerat, ALEXANDRI consensu institutum suum confirmarunt, qvod deinde â filiis MAGNI, HENRICO & ALBERTO perfectum est. Sed ab ipso MAGNO sacellum in memoriam vulneratæ hostiæ Templo parochiali jam fuit adjunctum, qvo tempore celebritas miraculorum, qvæ ab hostiis essent profecta undiqve disseminabatur. Eam postea Anno MDXIV, Pontifex Rom. LEO X. multum adjuvit, cum

cum in confirmationem confictæ superstitionis illius inauratum poculum Roma Sternbergam dono misisset; tantaqve copia misere seducti homines eo profecti sunt, ut ex Svecia, Finlandia, Livonia, Norwegia, Islandia, Dania, Hollandia, Brabantia, Gallia, Bohemia, Polonia, & universa Germania visi fuerint, qvi sibi hic consuli posse crediderint. Imo illustres nonnunqvam personæ, & Reges etiam huc advenere, sicuti JOHANNIS Regis Daniæ, Marchionis Brandeburgici, aliorumqve Principum, Comitum, Eqvitumq;, qvi præsentes ibi fuerint, effigies cereas universum corporis positum cultumqve exprimentes sese vidisse *COCHIUS* testatur. Id vero omnem superaret fidem, nisi à fide digno scriptore literis esset proditum, Ducis qvoqve Meklenburgici ALBERTI pulchri conjugem ANNAM, una cum filiolo suo Principe, qvi ex altero pede laborabat, nudipedem ad Montem stellarum commigrasse, & cereas duas effigies, suam ipsius & filioli formam repræsentantes, in Templo ibi memoriæ causa suspendisse, sobolem vero sanitati esse restitutam. Addo etiam illud, qvod, cum anno MCCCCXCVII. magna inundatio oram Balthicam afflixisset, Civitatemqve Colbergam valde perculisset, incolæ hujus loci opus aliqvod ex argento fabricatum, qvod civitatis formam referret, Sternbergam mittere suscepserint, qvo sic DEI iram bono qvodam opere, uti falso sibi imaginabantur, averterent. Ut vero pleniorem hac occasione B. L. notitiam habeat eorum miraculorum, qvæ virtuti hostiarum Sternbergensium tributa sunt, addam hic eximium qvendam eorum numerum, prouti scriptio

ptio aliqva Roſtochii impreſſa ea qvondam aperuit: *Cœci nati & caſu facti viſui reſtituti, tanto numero, ut referendo fidem haud dubiæ rei abrogaret; claudi & loripedes, luxi & fracti, poſito in teſtimonium ſcipione ſani abiere: muti fari cœperunt, ſurdi audire, multi, qvi morbo herculeo aut comitiali laborarunt, ſoluti, qvi elephantiaſi, lichenis & mentagra, furunculo, phtiſici ſanati: febricitantes, cardiaci, ſanatici, lethargi phrenetici, ſpatici, valetudini reſtituti, aqvis ſubmerſi, equis aut alto lapſi, enſe aut cultris ſaucii ad vitam revocati; hoſtium manus alii invocato Numine evaſere: alii ædes deflagrari cœptas reſtinxere, alii carceres refregere, & vinculis ſe expedivere, teſtantibus paſſim in parietibus ſuſpenſis compedibus inter donaria partim argentea & aurea, partim erea. Naufragia alii evaſere, alii latrones rebus ſalvis effugere, parto difficiles invocato Numine faciles impetravere, abortivos & emortuos vitæ reddiderunt, & ut alia innumera præterea, dæmones pepulere.* Qvorũ tamen non major ſolerti arbitro conſtabit fides, quam cum easdem hoſtias, illas à Judæis confoſſas, & ex terra reductas, ſangvineisq; maculis, in majorem veritatis ſpeciem, conſperſas ſeſe aſſervare, ſpectatoribus illi homunciones ediſſeruerunt; quas tamen, id qvod *COCHIUS* ex ſincerioribus acceperat, mutare & renovare, novoqve rubore diſtinguere conſveverant; ut tanto magis proderent uſitatum illud Pontificiæ ſedis axioma: *mundus vult decipi* (h). *CRANZIUS* certe non magna fiducia illis commentis adſtipulatus eſt, qvi brevioribus ſententiam ſuam includens, *cœptus eſt*, inqvit *inde concurſus undecunqve populi in locum Sterneberg: facta infecta miracula denunciãt improbi ſacerdotes: multiplicãtur, oblationes venientiũ Princeps ſegregata inde portione*

(h) *Conf. LATOMUS Lib. cit.*

Collegium suum in Rostockio perinde firmant, coëmptis redditibus, quos in eo servientes quotidianis distribuant impendiis: ornamenta sacrarum quoque vestium inde procurant, ad incrementum divini cultus in eo (i).

Hic vero longe rectius tanto muneri suo consulturum fuisse *LOSTIVM* nostrum, recte & vere censebimus, si veritatem tam innexis fabularum telis contegi passus non esset, sed potius illam tremendam Cleri libidinem, ex peregrinantium acervatis muneribus ditescendi, compescuisset. Sed non deerit forsitan aliqva, licet minime sufficiens, excusatio, *LOSTIVM* Juris utriusque fuisse Doctorem, nec illis fidei capitibus ad accuratius examen imbutum, atque in his a superstitione empectarum obscuri ejus seculi dependisse, qvibus adversum tenere religio fuisset. Qvæ qvantum valeat, aliis etiam ceu facile judicandũ relinqvimus. In eo vero qvod justitiæ curã habuerit, ut Sacrificus ille, cujus nomen erat *Petrus Dane*, munere sacro privatus, causa plenius examinata (k), gravissimo capitis supplicio affectus sit, muneri suo prorsus satisfecit.

Verum alia qvoqve sunt, in qvibus operam suam Ecclesiæ, cui præerat, maxime accommodatam esse

(i) *Vandal. lib. XIV. c. 17. pag. 325.* (k) *Ita enim MARSCHALCUS in citato superius libello, de re à Judæis perfidissimis gesta*: brevi post tempore à Pontifice diœcesis, Antistite illi assidente Caminæo, Racıburgianoqve, res in magno virorum prudentum consessu inter qvos primæ auctoritatis literarum divinarum Professores, judicio severissimo est examinata. *Conf. LINDEB. l. c.*

esse intelligebat. Non placebat Episcopo vaga atq; soluta honestis legibus Clericorum vita, nec in votis habebat, ex rebus obscœnis qvæstum facere,& impios quosdam reditus exspectare (l); igitur *Statuta Synodolia* numero LX. evulgavit, ut inquinatos hominum mores tanto felicius refrenaret. Ita enim ipse Episcopus edisserit (m): *ad cohibendam humanam audaciã de peccato, constitutiones qvasdam, vitiis & concupiscentiis in hac nostra sancta synodo prospeximus opponendas, vestigiis tam divini, qvam humani juris inherentes, qvibus homines nobis subjecti honeste vivant, alterum non ledant, aliis non faciant, qvod sibi fieri non velint, jus suum unicuiqve tribuant, reformentur. Qvoniã autem rex pacificus pia miseratione disposuit, subjectos sibi fore pudicos, pacificos & modestos. Ideoqve predecessorum nostrorum vestigiis inherere volentes Constitutiones, statuta, ordinationes & mandata infra scripta, una cum qvibusdam juris constitutionibus, nobis & vobis necessariis, videlicet bone memorie Gvidonis & Tusculani qvondam Romane ecclesie Cardinaliũ sancte sedis Apostolice in Germania de latere legatorũ, ac reverendissimorũ Patrum dominorum Bremensis ecclesie Archiepiscoporũ in hoc synodali nostro processu duximus facienda, statuenda & publicanda &c.* In his vero statutis, si ea demas, qvæ religionem *LOSTII* minime probandam attinent, multa sane egregia, nec â quovis purioris fidei studioso sua laude unquam defraudanda invenies, sicut ex ipsa eorum relectione, ad quam B. L. remitto, colligi poterit.

(l) *Cujusmodi aliis gratos fuisse ostendit Dn.* KOCHIUS *de Obscœnis Pontificiorum decimis.* (m) *In Proœmio* Statutis Synodalib9 *præmisso Vid.* Ordinarium Sverinensis Ecclesiæ *de Anno* 1519.

terit. Cum deinde *ZUTPHELDUS WARDENBERG* Decanus,& *ULRICVS MALCHOW* Senior, cœteriqve Capituli Sverinenſis ſocii, *Ordinarium Eccleſiæ Sverinenſis* in multis purgate auctum Roſtochii MDXIX. edere ſuis rebus utile obſervarent, eidem illa *CONRADI LOSTII Statuta Synodalia* adjunxerunt, *& tanqvam valde utilia & neceſſaria auctoritate ſua ordinaria approbarunt, & innovarunt, ac per univerſam dioceſim Sverinenſem inviolabiliter obſervari debere decreverunt* (n).

Non defecit autem cum corporis vigore animi æſtus, qvo ad paranda ſuæ diœceſeos incrementa ferebatur *LOSTIUS* noſter. Eximium in hunc diem teſtimonium ſervat longe ſplendidiſſima Sverinenſis Ædes, ab HENRICO LEONE Duce Saxoniæ & Bavariæ,qvi primus ſedem gubernationis vicinarum Eccleſiarum in eam urbem collocaverat (o), magnifice exſtructa. Cui licet ad ædificii & fornicis (p) conſtantiã nihil etiam addi tunc opus erat, ad decus

(n) *Vid. Proœmium* Ordinarii Sverinenſ (o) *Verba deſumta ſunt ex* Oratione de Oppido Sverino, *qvam ſuo nomine habuit A.* 1555. *SIMON PAULI Suerinenſis, & deinde in hac Academia graviſſimis muneribus inclytus, uti prima illius editio ex officina Ditii demonſtrat, eidem vero ſuppeditavit Celeberrimus D. CHYTRÆUS. Vid. Orationes ejus p.* 262. (p) *Qvem inde â choro ad turrim usqve, qvod ſpacium centum & qvadraginta paſſus adæqvat, Sundenſes Epiſcopo Sverinenſi RUDOLPHO* III. *conſtruere debuerant in expiationem cædis trium Sacerdotum. Vid. HEDERIC. in Vita illius Epiſc. & in Chron. Sverinenſi ad Ann. MCCCCVII.*

decus tamen & utilitatem majorem comparandam terna imo plura *LOSTIUS* reliqvit monumenta. Primum est ipsum altare superius, nitidissimo auro elegantissime obductum, sicuti inscriptio ejus adhuc hodie testatur, verbis ita habentibus:

ANNO DOMINI MCCCCXCV (q) *REVERENDUS IN CHRISTO PATER & DOMINUS D.* CONRADUS LOSTE *EPISCOPUS SVERINENSIS HANC TABULAM DE PROPRIIS SVIS DONAVIT.*

Præterea Templi chorum ferrei cancelli hodienum distingvunt: qvos liberalitati *CONRADI* nostri tribuendos novimus ex indicio admodum Rever. Dni *SCHUMANNI*. Et in eadem Æde S. prope eum locum ubi ê sacro lavacro infantes in fœdus gratiæ jam jam pie commissi suscipiuntur, e laqveari candelabrũ ligneũ eximiæ magnitudinis suspensũ cernitur, qvod hic sine dubio Episcopus in meliorẽ eorum, qui sacris nondum die illucescente vacabant, commoditatem destinavit. Sicuti colligi posse putaverim ex insignium *LOSTII* testimonio, qvæ in hoc Templi ornamento cernuntur. Idem bene merendi studiũ *Butzoviũ* in vicinia nostra deprædicabit, qvam diu varia illa Lostiana monumenta conservabit. Qvoties ædium suarum parietes lustrabit admodum Reverendus Dominus *RICHERTZ*, Butzovienſis Eccleſiæ Pastor, & illius diœceseos Præpositus, Fautor noster æstumatissimus

(q) *Annus hic nonagesimus qvintus qvod obiter notamus, tantam annonæ, Dei gratia, tulit affluentiam, ut modulus farris, & hordei asse & octo obulis; triticiq; duobus assibus; avena decem obulis; tonna carnis floreno, & butyri qvinqve marcis venerit. Vid. LATOM.*

matissimus, gratam sibi sine dubio *LOSTII* nostri memoriam profitebitur, cum ab eo illud domicilium constructũ fuisse insignia Episcopi hujus comprobent. Universa vero civium concio *LOSTIUM* inter Mecœnates suos referet, qvod vel ignarus futuræ Reformationis stabiliorem Templi structuram ad ipsos nunc per DEI misericordiam melioris fidei possessores transmittere voluerit. Non est enim ut dubitem, qvin sicuti columna qvædam versus scholam laqveari Templi innitens, ita ipsum etiam superstes adhuc summum altare *LOSTIO* sit tribuendum. In utroque monumento ejus insignia conspiciuntur: & in columna qvidem subjecta insignibus illis scriptura nomen *CONRADI* exprimit. Altare vero insignibus illis annum expressius addit MDIII. Cum tamen ejusdem altaris altera pars alia insignia exhibeat, hæc forte ad successorem *CONRADI* spectare, non inconcinne prælaudatus Dominus *RICHERTZ* conjicit, qvi, cum structuram illam comparasset *CONRADUS*, ultimam manum ei addiderit. Ne qvam fenestrarum, qvibus loca sacra ornavit, mentionem adjiciam (r).

Si hanc ædificiorum curam gessit *LOSTIVS*. non sane mirabimur, tanta sollicitudine eum personas Ecclesiasticas suæ diœceseos foviisse, ne inter molestissima egestatis atq; invidiæ certamina vitam degere cogerentur. Quod si vero id ex duobus tantum argumentis hic effecero, pluribus tamen aliis evinci id potuisse facile judicabit B. L. si vel invida ætas ad nostram memoriam omnia transmisisset, vel in Sereniissimi Ducis ac Domini mei Sverinensi Archivo, quæ forsitan supereslent, potuissent

(r) *Conf. HEDERIC. in Vita Ejus.*

issent evolvi. Sufficient ergo ea; quæ subjiciam. Gratulari sibi hoc anno sine dubio potuit *Cœnobium Rhünense* prope *Butzovium*, qvod vigilantiam illã *LOSTII* in suos usus non minus converti observaverit. Dabo quæ huc spectant, iisdem verbis, quibus mecum ex Archivo Sverinensi communicata sunt: Aus dem Rünischẽ Extract de A *MDCIII.* num XV. ist zu ersehẽ/daß *CONRADUS* Buchof zu Schwerin/mit seinen *Capitularen*, auch Ehr Hinrich von Plessen/Rittern/ Diedrich und Fridrich Gebrüdern der Viereggen seinen Lieben getreuen/ und Marschälcken/ und denn der Durchlauchtigen/ Hochgebohrnen Fürsten und Herrn/Herrn MAGNI und BALTHASARS zu Mecklenburg geschickten und vollmächtigẽ Rähten die Innahmen und Außgaben des Closters *Rhün* übergeschlagen/ und gerechnet/in Hoffnung/ daß die darin begebene Kinder/ deren do in Zahl 35. darin gewesen/ihre Nahrung und Kleidung da noht-dürfftig haben möchten/ und ist diese Ordnung gemacht/daß der Probst von den Gütern der Probstey Jährlichs der Priorin und ihrer Mittvorweserschen soll geben ins Closter 200. Marck baar Geld/ Brod/Bier/Kavend/so viel sie bedürffẽ/200. Hüner/ 20. Lämmer zwischen Pfingsten und Paschen/15. fette Schweine/4. feiste Rinder/zweymal frische Fische/ am Montag/Mittwoch/Freytag und Sonnabend/ auch alle Fastel Tage im Advent und in der Fasten einmahl mit grünen fischen speisen/ den halben Malfang/ 4. Tonnen Saltz/Habern und Gersten/ Grütze/Bonen/Erbsen/ Holtz und Kolen zur Nohtdurfft. Alle Ihre Güter sollen gemein sein/und ins gemein gebrauchet werden. Dat. 1495 am Freytage

nach

nach Simon Judä/auch sollen behalten die Prioriſſa, und begebene Kinder den Bauhoff/darauff soll ihnen der Probst halten lassen 30. Melckige Kühe/und nicht benödden.

Per hanc vero enarrationem, si quoq; Principum Meklenburgicorum ministros vitæ sustentationem sacrarum virginum adjuvisse patet, facile in eam sententiam adduci qveas, MAGNI Ducis eam in primis fuisse laudem, qvi omnes curas in Ecclesiasticæ rei benigniori conditione constituenda defixerit. Nec de eo dubitandum est ulla ratione, cum expressis verbis confirmet B. *CHYTRÆUS*, quod MAGNUS *inspici choros seu collegia Canonicorum & cœnobia Monachorum ac Virginum jusserit, cumq; Rhenæ & Sarentinæ peregrinas recipi prohibuisset, cœnobium S. Annæ ea occasione Lubecæ inchoatum esse, in qvo ab honestis viduis aut virginibus civium filiæ ad pietatem, modestiam & officia œconomica educarentur.* (s). Ex quibus priora verba eam videntur corroborare sententiam, Ducem hunc ipsi Episcopo calcar addidisse, ut instituta visitatione, sicubi collapsa hinc inde nonnulla cernerentur, ea per sollicitam dispositionem melius haberent, aliaq; læta prosperitate fruentia in posterum etiam vigore suo uti possent. Attamen cum *LOSTIUS* MAGNO fuerit familiaris, annon credideris, huic illum primos motus addidisse, ut pro Ecclesia tanta vigilantia uteretur? vel si id dicere nolis, in ipsa promtitudine, qva Ducis hujus desideria promovit Episcopus, merita ejus qvoq; observabis, qvi, nisi ipse pro Ecclesiæ suæ commodis vigilasset, facile impedimenta qvævis

(s) *In Saxonia Lib. I. pag 42. seq.*

qvævis Duci optimo ponere potuisset. Nullo deniq; modo negari poterit, eandem *LOSTII* mentem fuisse pro Ecclesiæ suæ incremento comparando, si indicaverimus, etiam in iis locis, quæ Episcopatui immediate subjecta fuerint, sine ullo Principis incitamento eum Ecclesiæ res diligentissime perqvisiviſſe. Exemplo erunt seqventia: *Ao. 1498. indictione prima, die vero Jovis 29. mensis Martii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Dom.* ALEXANDRI *divina providentia Papæ sexti anno sexto,* hat *CONRADUS* DEI & *Apostolicæ sedis gratia Episcopus Sverinensis in Capella Castri nostri Bützow auscultiret* alle *Privilegia* von unterschiedlichen Päbsten dem Gottes-Hause *St. Antonii concediret* und *confirmiret*/ da unter andern Zeugen dabey gewesen *Jacobus Misdünt Capellanus, Theodoricus Hoyger, Johannes Gronow, Johannes Roden, Cubicularii ejus, Presbyteri & Clerici Zverinenses* (t).

Si deniq; eam observationem hic jungi velis, an numos quoq; signari curaverit *LOSTIUS*, suamq; in iis memoriam posteritati reliqverit? non retragabor adjicere, quid sentiam. Eqvidem in eo, an Sverinensibus Episcopis licuerit monetas cudere, nullum nobis relinqvit dubium *HEDERICI* recensio, CONRADUM Imperatorem Romanum Episcopo Sverinensi facultatem concessisse, *Episcopatus oppida & domos muniendi, vectigalia constituendi, & NUMOS SIGNANDI*, posteaquam *THEODORUS* qvartus Episcopus Sverinensis, seculo XIII. id ab Imperatore petiisset (u): nullius tamen unqvam Præsulis nomine argentum, vel æs qvoddam signa-

(t) *Vid. num. 8. Archiv. Sverin. Antiq. Tit. Tempz.*

(u) *Teste HEDERIC. in Vita THEODORI.*

tum reperire hactenus potui: tanto minus *LOSTII* nomen referens obtutui noſtro ſeſe hactenus præbuit. Si qvi vero numi UDALRICI, penultimi Epiſcopi Sverinenſis inſcriptionem referunt, illos tamen non tam ejus ut Epiſcopi, ſed potius Meklenburgici Ducis autoritate confectos eſſe in perſvaſiſſimis habet antiqviorũ maxime induſtrius perſcrutator prælaudatus Dn. *SCHULTETUS*, cum certiſſimum ſit, neminem unqvam Epiſcoporum Sverinenſium, qva talem, jure illo monetandi fuiſſe uſũ.

Enimvero *LOSTIUS* noſter ſufficere ſibi exiſtimavit ad famæ integritatem, & nominis ſui memoriam, ſi principaliores muneris ſui partes probe obſervaret, operamq; ſuam in commodum earum, quibus præerat, Eccleſiarũ, ad amuſſim ſuæ religionis, ſedulo conferret, ne qva gravioris negligentiæ turpitudine in ferali lecto decumbens frangeretur.

Ita nec dubito, qvin is, qvem ſibi à confeſſionibus ſacris eſſe voluerat *CONRADUS*, (juxta literas *SIMONIS* Epiſcopi Revalienſis Legati de latere, ad Epiſcopum *CONRADUM*, daß er einen Beichtvater erwehlen möchte/ der Jhn eins im Leben/ und eins im Sterbſtündlein von allen Sünden abſolvirẽ möchte/ de Anno 1489. (w), tot bonorum operum faſcino, permittentibus id fidei ſuæ ineptis principiis, multum erigere ſtuduerit. Nobis vero, cũ dogmata illi religionis, qvæ exploratiſſimæ vanitatis, *LOSTIO* tamen noſtro, in illa temporum infelicitate, probata erant, hic non cenſeamus, à ſuis hominibus non minori elogio mactandi fuiſſe videtur, qvã qvo *FRIDERICUM* Comitem de Beichlingen Archiepiſcopum Magdeburgenſem, qvi ao. 1445. vivere deſiit, ornat *BUCELINUS* (x) *præfuit*, inqviens, *utiliſſime annis 20. vir longe præſtantiſſimus*

(w) *Vid. ſæpius citatum Extract. p. 268.* (x) *German S. P. I. p. 40. num. 24.*

tissimus. Qvem si ætate attigisset *LOSTIUS*, mutasset procul dubio suam sententiam *NICOLAUS* de *CUSA* Cardinalis, cum dicere consveviſſet, *se unum in Germania reperiſſe Episcopum*, illum *FRIDERICUM* (y). Certe *HEDERICI* testimonium, daß er vor andern Bischöffen das Lob nach sich gelassen/ daß er ein milder/ und wolthätiger Regent geweſē/ wie daß nicht alleinseine Grabschrifft / sondern auch die Kirche zu Bützow samt dem Hause daselbſt/ der Thum zu Schwerin selbſt bezeugen/ die er mit vielen Fenstern/ etl. Altären/ hengenden Cronen Teppichten in Chor bey der seiten / und sonderlich demhohen Altar im Chor / die Er von seinem eigenen Geldemachen lassen / und der Kirchen zum ewigen Gedächtniß verehret / satis aperte demonstrat, in *LOSTIUM* meum non convenire dicterium illud, qvod *JOHANNES* I. filius naturalis STEPHANI junioris Bavariæ Ducis, & Ratisponensis Eccleſiæ Episcopus tulit, cum anno 1409. obiisset: *malus œconomus deceſſit* (z).

Qvod vero ad vitæ finem *LOSTII* attinet, eumdem, post tam felicem plurimorum annorum decursum in summa canitie invenit *Butzovii*, Anno supra milleſimum qvingenteſimum tertio, die nono antè Calendas Januarii, sive 24. Decembris, & non multo post, nempè vigeſimo octavo ejusdem menſis Sverini in Æde Cathedrali, & qvidem in medio choro conditus eſt, cum fere viginti annos in sollicita Episcopatus suiadministratione perstitisset. Aliud mortis tempus nobis innotuit, ex citato superius Extracto, ubi (a) seqventia habentur: *VLRICVS MALCHOW* Senior, und das Capitulum zu Schwerin fordern die abwesende Thumherren (weilen Bischoff *CONRADVS* am Sonnabend den 23. *Decembris Anno* 1503 zu Bützow verstorben/ und den nachfolgenden Sonnetag den 28. *Decembr.* begraben worden)

(y) *Apud eundem BUCELIN. ib.* (z) *Vid. ibidem p. 44.*
(a) *p. 483, a. & b.*

auff den 5. Martii zu Sverin zur Election eines andern Bischoffes. *Dat. Sverin. die Lunæ d. 22. Jan.* Differt ita mortis tempus, qvod parenthesis hæc habet, ab eo, cujus meminit *HEDERICVS* ex monumento sepulchrali, atq; etiam *CHYTRÆVS*. Uterq; emortualem diem vicesimum qvartum Decembr. fuisse commemorat. Nec refragari quippiam posse tantis testibus videtur, cum lapidi sepulchrali inscripta, quantum ego quidem ex vetustiori illo scripturæ genere assequor, ita se habeant:

ANNO DOMINI MDIII. IN VIGILIA NATIVITATIS OBIIT REVERENDUS IN CHRISTO PATER CONRADVS LOST. EPISCOPVS SVERINENSIS VTRIVSQVE JVRIS DOCTOR IN SVAM ECCLESIAM LIBERALIS BENEFACTOR.

Reliqva quæ adjecta monumenti *LOSTIANI* ἀπογραφῇ ob oculos sistit, tum stirpis ejus honestatem, tum muneris dignitatem ostendunt. Ita enim in defectu certioris indicii conjicere licebit, insignia Lostianæ gentis arietem habuisse, qui hic ad dextrã capitis partem comparet, cuiq; pedum, Episcopi insigne, infixum cernitur, ad ostendendã muneris magnificentiã, qvemadmodum eam qvoq; siniſtra manu prehensum indicat, & qvæ præterea comparent capitis atq; universi corporis ornamenta. Id sane memorabile est, qvos impensius religionis studium conjunxerat, eosdem qvoq; moriendi societatem fecisse. Dabo hoc verbis ὑπομασίᾳ (b) *CHYTRÆI* nostri: *CONRADVS Episcopus, ut* MAGNO *Duci Megapolitano ætate conjunctus fuit, ita 12. post* MAGNUM *die, pridie natalis Christi, ex vita discesſit* (c) Verum hæc ita B. L. sufficient

pro memoria
CONRADI LOSTII
renovanda.

(b) *EILHARDI LVBINI Carmen, qvod subnexum est Orationi D. CHRISTOPHORI STURZII memoriæ B. CHYTRÆI habitæ.* (c) *Saxon. pag. 44.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0087
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0088
DFG

IN gratiam curiosi Lectoris duplex nunc subjicio antiqvitatis monumentum: *alterum* ad illustrandam illam superius commemoratam Rostochiensium controversiam, circa constitutionem Collegiatæ Ecclesiæ: *alterum* ad Sternbergensem illam Hostiam spectans, de qva qvid habendum sit, in antecedentibus exposuimus. Nec enim in carmine seqventi obesior illius dialectus displicebit, cum mirificum illud fabulas suas admiscendi studium ejus temporis sacerdotum potius risum movere qveat. Descriptum autem est ex membranis in Ducali Sverinensi Bibliotheca asservatis, ita tamen, ut obscuritas scriptionis illius antiqvæ circa nonnullas dictiones dubium describenti reliqverit. Nos vero utrumqve hic communicamus, uti accepimus. Seqvuntur ergo primum literæ Episcopi Razeburgensis

JOHANNIS PARCKENTINI,

De Collegiata Ecclesia Rostochii constituenda:

Johannes dei & apostolice sedis gratia Episcopus Razeburgensis Executor una cum nostris in hac parte collegis cum illa clausula Qvatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel per alium seu alios a sede apostolica ad infra scripta specialiter deputatus universis & singulis dominis abbatibus prioribus prepositis decanis archidiaconis scolasticis cantoribus thesaurariis custodibus sacristis. succentoribus tam cathedralibum qvam collegiatarum canonicis parochialiumqve ecclesiarum rectoribus vicerectoribus cappellanis curatis & non curatis. vicariis perpetuis altaristis ceterisqve presbiteris clericis notariis & tabellionibus publicis nunciisqve juratis qvibuscunq;. nec non monasteriorum sti. johannis predicatorum, & st. katherine minorum ac de communi vita prioribus. subprioribus: guardianis sive loca tenentibus eorundemq; ceterisqve aliis religiosis utriusqve sexus personis cujuscumqve etiam ordinis sive religionis fuerint tam exemptis qvam non exemptis & presertim in

 domini-

dominio & opido Rostock ac alias ubilibet existentibus per provincias & dioceses magdeburgensem maguntinensem colonienſem treverensem. bremensem lundensem ottomiensem arnstedensem rotschildensem caminensem wratislavienſem wormiensem lubucensem havelbergensem hildensemensem halverstadensem. mindensem verdensem sleswicensem lubicensem zwerinensem ac regnorum francie dacie swecie norwegie polonie anglie schocie ac alias ubilibet constitutis presentibus communiter vel divisim reqvisitis Omnibusqve aliis & singulis qvibuscumqve nominibus censeantur aut qvacunqve prefulgeant dignitate qvi vigore & autoritate presentium reqvisiti fueritis seu alter vestrum fuerit reqvisitus Salutem in domino & nostris hujusmodi imò verius apostolicis firmiter obedire mandatis. literas sanctissimi in christo patris & domini nostri domini Innocentii divina providentia pape octavi ejus vera bulla plumbea more romane curie bullatas salvas sanas integras & illesas non viciatas non cancellatas nec in aliqva sui parte suspectas sed omni prorsus vicio & suspicione carentes nobis pro parte illustrium & magnificorum principum & dominorum Dominorum Magni & Balthazaris ducum magnopolensium comitum zwerinensium ac Slavie inferioris principum nec non rostock & stargardiæ terrarum dominorum principalium in eisdem literis apostolicis principaliter nominatorum coram notario publico & testibus infra scriptis presentatas nos cum ea qva decuit reverentia noveritis recepisse hujusmodi sub tenore.

Innocentius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam inter cetera cordis nostri desiderabilia illud potissimum reputamus, ut per nostre provisionis ministerium ecclesiis singulis decus accedat & illarum honestas continue augeatur ad illos qvoqve fidelium accrescat devocio, & in eis tales ministri instituantur per qvorum virtutes & merita ecclesie ipse illustrantur & qvi in illis divinas laudes altissimo continue persolvant & ut ea feliciter consequi valeant opem & operam juxta prelatorum ecclesiasticorum & catholicorum principum pia desideria qvantum nobis ex alto conceditur impendimus efficaces. Sane accepimus qvod licet opidum Rostock zwerinensium dominorum

inter

inter cetera illarum partium opida. admodum insigne & famosum existat. & à tanto tempore de cujus inicio sive contrario memoria hominum non habetur in eo vigvit & vigeat studium generale in qvalibet licita facultate Suntqve ibidem qvatuor notabiles parrochiales ecclesie populi multitudine & frequentia habundantes qve de jure patronatus dilectorum filiorum nobilium virorum magni & balthazaris ducum magnopolensium qvi etiam dicti opidi in temporalibus domini existunt fore noscuntur tamen in ipso opido nulla collegiata ecclesia existit. sed si una earumdem qvatuor ecclesiarum videlicet ecclesia sancti jacobi juxta desiderium venerabilis fratris nostri episcopi zwerinensis & prefatorum ducum qvi ut accepimus hoc summopere affectant in collegiatam ecclesiam cum sigillo bursa communi ac aliis collegiabilibus insigniis ac nonnullis dignitatibus & officiis nec non canonicatibus & prebendis erigeretur profecto in ne dum ecclesie sancti jacobi. sed etiam opidi predictorum decus & venustatem ac Episcopi & ducum eorundem singularem complacentiam & spiritualem consolacionem cederet divinus qvoqve cultus in eadem ecclesia incrementum non modicum susciperet & salus animarum exinde procul dubio resultaret. Nos igitur qvi ecclesiarum omnium decus & venustatem ac divini cultus augmentum & animarum salutem sinceris desideriis exoptamus premissis ac eorundem episcopi & ducum piis desideriis attentis Eorundem qvoqve episcopi & ducum nobis super hoc oblatis peticionibus & supplicasionibus in hac parte inclinati Et certa nostra scientia ad omnipotentis dei & ejus gloriosissime genitricis virginis marie totiusqve celestis curie laudes & gloriam prefatam ecclesiam st. jacobi in collegiatam ecclesiam cum sigillo archa communi & aliis collegiabilibq insigniis nec non in illa unam preposituram qve principaliter pro preposito qvi caput aliorum existat & illis presit Et in choro capitulo processionibus & alis actibus preeminentiam habeat ac unum decanatum, qve secunda inibi dignitas pro uno decano cui cura animarum parochianorum dicte ecclesie immineat. nec non unam cantoriam & unam scolastriam qve inibi officia existant pro uno cantore & uno scolastico & octo canonicatus & totidem prebende pro totidem canonicis. Qvi simul cum preposito. decano. cantore & scolastico predictis capitulum dicte ecclesie faciant & constituant Nec

non beate marie in prepositurā & predicti sancti jacobi in decanatum ac st. petri in cantoriam. nec non st. nicolai parochiales ecclesias dicti opidi in scolastriam dicte ecclesie st. jacobi autoritate apostolica tenore presentium de consensu rectorum eorumdem eriginus & instituimus ac volumus & decernimus qvod pro ista vice prima beate marie propositus & sancti jacobi decanus & sancti petri cantor. nec non st. nicolai ecclesiarum predictarum rectores. scolasticus dicte ecclesie erecte existant. Nec non prepositus b. marie & decanus st. jacobi & cantor st. petri nec non scholasticus predicti st. nicolai ecclesiarum hujusmodi curam habeant. ac omnes & singulos fructus redditus & proventus ecclesiarum predictarum exceptis infra scriptis fructibus videlicet b. marie pro prepositure & sancti jacobi pro decanatus & st. petri pro cantorie. nec non st. nicolai ecclesiarum earundem pro scolastrie hujusmodi dote applicamus & assignamus volentes nichilominus & eadem autoritate statuentes qvod ex b. marie viginti & s jacobi totidē ex s petri totidem nec non s. nicolai ecclesiarum earumq; fructibus redditibus & proventibus etiam totidem floreni aurei de camera pro dote singulorum qvatuor canonicatuum & totidem prebendarum assignentur. Qvodqve duces prefati reliqvos qvatuor canonicatus & totidem prebendas de suis propriis bonis sufficienter dotare ac dotem primorum dictorum qvatuor canonicatuum & prebendarū convenienter augmentare teneantur. Qvodqve prepositus & capitulum hujusmodi pro felici statu & salutari directione prefate ecclesie sic erecte illiusqve personarum qvecunqve honesta & racionabilia. ac a sacris canonibus minime deviantia statuta & ordinaciones facere & edere valeant. ac almucia & vestimenta ecclesiastica tam hiemali qvam estivali tempore ad instar canonicorum & personarum in dignitate constitutorum ecclesie zwerinensis deferant ac illis in ritibus & ceremoniis ecclesiasticis se conforment. Nec non qvod dilecti filii perpetui vicarii dicte ecclesie s. jacobi in illa divinis officiis. diurnis & nocturnis interesse & inibi deservire sint astricti. Et nichilominus jus patronatus & presentandi nobis & successoribꝰ nostris romanis pontificibus ad dictam prepositurā nec non prodecano & pro tempore existenti Episcopo zwerinensi ad decanatum scolastriam & cantoriam. nec non ad singulos canonicatus & prebendas predictas tam pro hac vice prima,

qvam,

quam quociens illas deinceps vacare contigerit personas idoneas predictis & protempore existentibus ducibꝫ magnopolensibus in perpetuū scientiā similiter reservamus & concedimꝰ per presentes. Et insuper venerabili fratri nostro episcopo Razeburgensi & dilectis filiis preposito zwerinensis ac decano caminensis ecclesiarum per apostolica scripta scientiam similiter mandamus quatenus ipsi vel duo ac unus eorum per se vel alium seu alios presentes literas ac omnia & singula in eis contenta, ubi & quando expedierit ac quociens pro parte episcopi & ducum predictorum seu alicujus eorundem fuerint super hoc requisiti solenniter publicantes ac in premissis efficaciter defensionis presidio assistentes faciant autoritate nostra erectionem institutionem voluntatem decretum statutum reservacionem & concessionem predictis ac omnia & singula alia in eisdem literis contenta inviolabiliter observari. Non permittentes illa seu illorum aliquid per quascumque personas cujuscumque gradus status ordinis preeminentie nobilitatis vel condicionis aut dignitatis tam ecclesiastice quam mundane fuerint quomodo libet impediri seu quominus illa suum plenū consequantur effectum retardari contradictores quosqꝫ & rebelles autoritate nostra per censurā ecclesiasticam & alia juris remedia apostolica conditione postposita compescendo invocato etiam ad hoc si opꝰ fuerit auxilio brachii secularis non obstantibꝫ constitucionibus & ordinacionibus apostolicis ac quibusvis reservacionibus de dignitatibꝫ principalibꝫ in collegiatis ecclesiis per nos vel sedem apostolicā pro tempore factis contrariis quibuscunque aut si aliquibus cōmuniter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mencionem. nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre erectionis institucionis decreti statuti reservacionis concessionis mandati & voluntatis infringere veleū ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumserit indignacionem omnipotentis dei & beatorem petri & pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Rome apud s. petrum Anno incarnationis dominice millesimo octuagesimo quarto quinto kalendas decembris pontificatus nostri anno primo.

Post qvarum qvidem literarum apostolicarum presentacionem & receptionem nobis & per nos ut premittitur factam fuimus pro parte dominorum principum Magni & Balthazaris principalium in preinsertis literis apostolicis principaliter nominatorum per venerabilem virum dominum johannem thun prefatorum dominorum principum procuratorem legitimum debita cum instantia reqvisiti qvatenus ad executionem prefatarum literarum apostolicarum & contentorum in eisdem juxta traditam seu directam a sede apostolica nobis formam procedere dignaremur Nos igitur Johannes episcopus & executor prefatus attendentes reqvisicionem hujusmodi fore justam & consonam rationi volentesqve mandatum apostolicum supradictum nobis in hac parte directum reverenter exeqvi ut tenemur ac formam dicti mandati apostolici diligenter observare. ad cartusiam prope & extra muros opidi Rostogk situatam ac cartusia legis marie nuncupatam communiter & appellatam in propria persona accessimus ibiqve dominis bartholdo kerckhofl & arnoldo hasselbeken proconsulibus hinrico mejer johanni wilken & hermano waren consulibus nomine & pro parte tocius consulatus & communitatis rostockcensis ad audiendum publicari notificari legi & insinuari rostockcensibus mandata apostolica preinserta nobis ac in hac parte collegis nostris injuncta comissa & directa per nos propterea vocatis ac per alios proconsules & consules dicti opidi rostock cum protestatione tamen qvod per publicacionē literarum hujusmodi nollent esse reqvisiti nobis & ad nos ad hoc specialiter missis ibidem presentibus dictas literas apostolicas fundacionis & erectionis novi collegii dicte ecclesie s. jacobi in dicto opido rostock situate auctoritate apostolica fundati erecti & instaurati publicavimus notificavimus & insinuavimus easqve de verbo ad verbum legi fecimus tradita tamen eis ac per eos recepta primitus copia earundem literarum apostolicarum debite auscultata qvam etiam honorabilis vir benedictus vigenbuck notarius & scriba eorumdem rostockcensium in presencia prenominatorum dominorum suorum proconsulum & consulum inibi & ad nos per alios proconsules & consules dicti opidi sic ut premittitur missorum iterum & ex superhabundanti cum dictis literis apostolicis de mandato nostro ibidem lectis & publicatis ut pre-

fertur

fertur suis manibus tenens auscultavit & legi audivit eaqve de verbo ad verbum cum supra scriptis literis originalibus concordans reperta est tandem iidem proconsules & consules hujusmodi copiam preinsertarum literarum auscultatam ac eis datam ut prefertur nobis restituerunt seu restitui fecerunt ac de & super omnibus & singulis premissis finaliter responderunt & dixerunt qvod communitas rostockensis nullo modo collegium hujusmodi admittere vellet qvinimo eandem communitatem in & ad hoc consenciendum & admittendum fore & esse inflexibilem protestantes expresse se propterea nolle esse reqvisitos ne pericula corporum incurrerent copiam nichilominꝰ literarum hujusmodi apostolicarum auscultatam nobis restitutam ut prefertur à nobis & cum protestatione premissa videlicet ut haberentur pro non reqvisitis repecierunt & obtinuerunt ac eam servaverunt aliasqve & alia fecerunt dixerunt & allegarunt prout in qvodam instrumento publico de & super hujusmodi publicacione confecto plenius dinoscitur contineri unde tam per eorundem rostockcensiũ eiponsionem qvam etiam per qvandam pretensam appellationem si sic dici mereatura publicatione hujusmodi eis ut premittitur factam & aliis in eadem contentis & expressis fictis & conflatis gravaminibus taliter qvaliter interpositis ac nobis pro parte totius consulatus & communitatis rostockcensis coram notario & testibus insinuatam inter alia clausulam hujusmodi videlicet verum qvod sit communitatem dicti opidi rostock inflexibilem prorsus & intractabilem esse neqve aliqvo pacto induci posse ut in erectionem Collegiate ecclesie in opido rostock consenciat imo bella vastaciones cedes vulnera atqve ipsam denique mortem perpessuram priusqvam ad erectionem dicte Collegiate ecclesie consensum prebeat in se continentem ad plenum cerciorati comperimus ipsos rostockcenses prefatos & prefata Sanctissimi domini nostri pape erectionem institucionem voluntatem decretum statutum reservacionem & concessionem omniaqve alia & singula in preinsertis literis apostolicis contenta minime curare aut illis obedire & consentire velle Qvinimo ipsos & ipsa totis conatibus qvibus possit & valeant resistere impedire prout de presenti resistunt impediunt contradicunt rebellisant & taciunt licet de facto Qvominus litere apostolice suum debitum

tum & plenum forciantur effectum in animarum suarum grave periculum apostolice sedis & sancte matris ecclesie & mandatorum ejus vilipendium contemptum clavium dictorumqve dominorum principum & ducum magni & balthasaris principalium preinauditum non modicum & scandalum plurimorum qvare fuimus pro parte eorundem dominorum principum & ducum magnopolensium in preinsertis literis apostolicis principaliter nominatorum debita cum instantia reqvisiti qvatenus attenta notorietate rebellionis & contradictione resistencie & repugnancie ipsorum rostockcensium eosdem rostockcenses ad hujusmodi consensum preauditum apostoliceqve sedi obediendum cogere & compellere per censuras ecclesiasticas aliaqve juris remedia qvibus expedit etiam si opus fuerit per invocacionem brachii secularis juxta traditam nobis & directam à sede apostolica formam processusqve desuper necessarios decernere ac decretos aggravare usqve ad interdicti sententias inclusive ex qvo ad eosdem Rostockcenses ut premittitur rebelles & contradictores sepius non patet tutus accessus in forma solita dignaremur. Nos igitur johannes episcopus & executor dictarum literarum apostolicarum prefatus attendentes & premissos dictos rostockcenses mandato apostolico nobis in hac parte directo fore & esse rebelles illisqve parere ac manifeste & notorie obedire recusantes idcirco prefata omnia & singula sic ut premittitur petita citra tamen invocacionem brachii secularis ad qvam nichilominus in posterum si opus fuerit procedemus decernenda duximus & decernimus dei nomine per presentes has literas nostras desuper concedenda. Qve omnia & singula premissa nec non preinsertas literas apostolicas & hunc nostrum processum ac omnia & singula in eis contenta auctoritate apostolica nobis commissa ac qva fungimur in hac parte vobis omnibus & singulis dominis supradictis & universum cuilibet communiter vel divisim intimamus insinuamus & notificamus ac ad vestram & cujuslibet vestrum noticiam deducimus & deduci volumus per presentes. Nec non vos omnes & singulos dominos supradictos & vestrum qvemlibet tenore presencium reqvirimus & monemus primo secundo & tercio vobisqve nichilominus & vestrum cuilibet

libet invirtute sancte obedientie & sub excommunicacionis sanctissime pena qvam in vos & vestrum qvemlibet nisi presentibus obtemperaveritis sive obediveritis canonica tamen monitione premissa ferimus dei nomine in his scriptis districte precipientes mandantes qvatenus infra sex dierum spacium post presentacionem seu notificacionem presentium ac reqvisicionem vobis aut alteri vestrum pro parte dictorum dominorum principum & ducum principalium in dictis literis apostolicis principaliter nominatorum factam immediate seqventium qvorum sex dierum duos pro primo duos pro secundo & reliqvos duos dies vobis omnibus & singulis Dominis supra scriptis pro tercio & canonica monitione ac peremptorio termino prefigimus & assignamus moneatis & reqviratis spectabiles viros ac dominos bartoldum kerckhoff gerhardum bockholt vicconem de herverde arnoldum hasselbecken proconsules ac engelbertum grunenhagen arnoldum pren johannem fresen hinricum meier rudolfum businck heinonem wedigen hinricum kron hermannum de waren hinricum mulschen johannem dreves gerardum turkowen lampertum kropelin marqvardum gerdes & jasperum schröder consules nec non markqvardum kroger johannem smet pannicidas simonem emmeren everhardum dikman pistores johannem berteldes theodoricum duveneſt sartores gottfridum westval paulum wulf fabros johannem tesken nicolaum subbeken sutores hinricum moller paulum randovven lanifices conradum hagemester johannem glanbeken doleatores ac etiam braxatores magistros & oldermannos ceterosqve pannicidas pistores sartores fabros sutores lanifices linifices doleatores braxatores ac omnes alios & singulos qvarumcunqve artium manualium sive cujuscunqve artis manualis artifices seu artificem & generaliter singulariter singulos utriusqve sexus homines in dicto opido rostok commorantes & conversantes tam spirituales qvam seculares cujuscunqve status gradus condicionis dignitatis ordinis sive preeminentie fuerint in premissos rebelles ipsorumqve rebellium & contradictorum complices & adherentes eisqve consi-

Kum auxilium & favorem in premissis prestantes tam exemptis qvam non exemptis qvorum etiam nomina & cognomina hic haberi volumus proinsertis & sufficienter expressis Qvos & nos tenore presencium sic monemus & reqvirimus qvatenus infra duodecim dierum spacium à die monicionis hujusmodi per vos aut alterum vestrum eis facte immediate seqventium qvorum duodecim dierum qvatuor pro primo qvatuor pro secundo reliqvos vero qvatuor pro tercio & peremtorio termino ac canonica monicione eisdem assignamus & vos assignetis ut erectionem institucionem & fundacionem collegiate ecclesie exparrochiali ecclesia S. jacobi cum sigillo archa communi & aliis collegiabilibus insigniis nec non unam preposituram & unum decanatum cantoriam & scolastriam ac octo canonicatus & totidem prebendas pro totidem canonicis qvi scilicet cum preposito decano cantore & scolastico capitulum dicte ecclesie constituant juxta preinsertarum literarum apostolicarum continentiam vim formam & tenorem admittant ac consensum prebeant inflexibilitatem q; & intractabilitatem deponant & permittant inviolabiliter observari omniaqve alia in eisdem literis apostolicis contenta observent & faciant ut suum debitum & plenum sorciantur effectum Nec ipsam erectionem ex certa scientia ut premittitur factam ulterius aliqvomodo impediant vel tetardent Nec impedientibus seu retardantibus dent consilium auxilium aut favorem publice vel occulte directe vel indirecte aut qvovis qvesito ingenio vel colore ac etiam ut ipsi rostokcenses prefati infra hujusmodi monicionis tempus nos per eorum patentes literas sigillo consulatus ipsorum autentico sigillatas aut instrumentum publicum per notarium publicum superparicione & obedientia hujusmodi confectū nos certificent & reddant cerciores Alioqvin lapso termino monicionis hujusmodi dictos monitos nominatim & in specie aliosqve generaliter inclusos in genere ex nunc prout extunc & extunc prout ex nunc dei nomine in his scriptis excommunicamus Qvos & vos dicto monicionis termino effluxo singulis dominicis diebus & festis in vestris ecclesiis monasteriis & capellis dum qvando & qvotiens expediens fuerit publice de ambonibus veltris coram populi multitudine

dine excommunicatos denuncietis & in divinis aut extra evitetis & a christi fidelibus arcius evitari faciatis donec aliud desuper habueritis in mandatis Si vero prefati moniti eorumqve complices & adherentes rebelles & contradictores eisqve consilium auxilium vel favorem parantes per alios duodecim dies dictos duodecim dies immediate seqventes hujusmodi excommunicacionis sententiam pertinaciter sustinuerint animo pharaonis indurato & nos certificare & absolucionem de super impetrare omiserint Nos tunc attendentes qvod crescente contumacia merito crescere debeat & pena ne facilitas venie audaciam tribuat delinqvendi processus nostros hujusmodi aggravandos duximus & aggravamus dei nomine in his scriptis Mandamus vobis dominis universis & singulis suprascriptis modo & forma premissa sub dicta excommunicationis pena qvatenus auctoritate nostra immo verius apostolica dictam excommunicacionem reiterando & innovando singulis diebus dominicis & festis in vestris ecclesiis monasteriis & capellis infra missarum & aliarum horarum divinarum solennia publice de ambonibus vestris prenominatos bartoldum kerckhoff gerhardum buckholt vickonem de herverden arnoldum hasselbecke proconsules aliosqve consules nec non pannicidarum pistorum sartorum fabrorum sutorum lanificum linificum braxatorum & doleatorum magistros & oldermannos omnesqve & singulos alios superius ingenere & in specie nominatos ipsorumqve complices & adherentes ac eis consilium auxilium vel favorem in premissis parantes sic per vos nominatos ac denunciatos excommunicatos & aggravatos nominatim campanis pulsatis candelis accensis & demum extinctis & in terram projectis cruce erecta & religione indura aqvam benedictam adspergendo ad fugandum demones qvi sic eos detinent ligatos & laqveis suis cathenatos orando qvod dominus noster jesus christus eos à rebellione & contradictione hujusmodi ad obedientiam omnipotentis dei & sanctissimi domini nostri pape & mandatorum ejus & ad gremium sancte matris ecclesie per magnam suam misericordiam reducere dignetur ne eos in tali perversitate & duritia dies eorum finire permittat cum decantacione responsorii revelabunt celi iniqvitatem jude & psalmi deus laudem

meam ne tacueris cum an. media vita in morte sumus & his finitis ad
januas ecclesiarum vestrarum una cum clericis vestris ad terrores
ut eo cicius ad obedientiam redeant tres lapides versus domos habita-
cionum suarum sive versus opidum rostock projiciendo in signum
maledictionis & ne qvam deus dedit chore datan & abyron qvos
terra sustinere non potuit sed justo dei judicio vivos absorbuit ut in
infernū descenderent vincientes coram multitudine populi ad divina
audienda congregata solenniter publicetis & denuncietis ac ab a-
liis qvantum in vobis est publicari & denuntiarii ac ab omnibus Chri-
sti fidelibus arcius evitari faciatis non cessantes ab his donec aliud de-
super habueritis in mandatis Verum si qvod absit prefati denun-
ciati & aggravati se infra alios duodecim dies dictos viginti qva-
tuor dies proxime & immediate seqventes nos per eorundem paten-
tes literas sive instrumentum publicū mandatis nostris immoverius a-
postolicis paruisse ac realiter obediviſſe non significaverint ac docue-
rint absolucionē ut premittitur obtinentes sed perdictos dies ac inter-
valla temporū hujusmodi excōmunicacionis & aggravacionis senten-
tias animis qvod absit sustinuerint & eorum qvilibet sustinuerit indu-
ratus nos tunc qvod perversorum audacia presumta id exigit unica
pena non contenti forcioribus arceantur penis ne fides illorum le-
datur qvi suis superioribus obedientiam debitam semper impende-
runt processus nostros hujusmodi reaggravandos duximus & reag-
gravamus dei nomine per presentes mandantes vobis omnibus & sin-
gulis dominis supradictis penis sub premissis qvatenus dicta no-
stra auctoritate apostolica nobis commissa & qva fungimur in
hac parte omnes & singulos christi fideles utriusqve sexus & status
homines tam spirituales qvam seculares ac etiam religiosas personas
cujuscunq; status gradus ordinis seu religionis fuerint exemptis &
non exemptis qvorum nomina & cognomina hic habere volumus
pro insertis & sufficienter expressis etiam si aliqvibus ex eis indul-
tum sit qvod excommunicari suspendi vel interdici non possint per
apostolicas literas non facientes de indulto hujusmodi ac de verbo
ad verbum certam & specialem mencionem modo & forma premissa
moneatis & reqviratis primo secundo terçio & peremtorie prout

nos

nos monemus & reqvirimus eosdem ipsis & eorum cuilibet sub dicta excommunicacionis pena districtiusinj ngenda qvatenus intra sex dierum spacium monicionem & reqvisicionem hujusmodi eis aut eorum alteri factas immediatè seqventium qvos sex dies ipsis & eorum cuilibet pro omni dilatione terminoqve peremptorio ac monicione canonica assignetis prout assignamus eisdem à participacione & communicacione predictorum denunciatorum excommunicatorum aggravatorum & reaggravatorum penitus & omnino desistant nec cum eis vel eorum aliqvo loqvendo conversando comedendo bibendo emendo vendendo aut cum eisqvovis alio modo contrahendo neqve ipsis cibum sal aqvam ignem vel potum ministrando aut aliqvo humanitatis solacio preterqvam in casibus & personis à jure permissis participent seu eorum aliqvis participare presumat Nec eisdem rostockcensibus sicut premittitur denunciatis excommunicatis aggravatis & reaggravatis consilium auxilium & favorem in eorum pertinacia prestent aut aliqvomodo prestet seu prestari procurent vel eorum alter procuret publice vel occulte directe vel indirecte aut qvovis alio qvesito colore Consciencias eorum & cujuslibet eorum predictorum in domino desuper onerantes Et si qvod absit contrarium fecerint aut eorum alter fecerit nos in eos & eorum qvemlibet cum dictis denunciatis excommunicatis aggravatis & reaggravatis rebellirer participantes ex tunc prout ex nunc & e contra canonica monicione premissa sanctissima excommunicacione ferimus eosqve excommunicamus dei nomine in his scriptis Mandamus vobis dominis suprascriptis qvatenus dictis sex diebus effluxis eosdem participantes ac illos qvorum nomina sciveritis in specie reliqvos vero in genere una cumdictis excommunicatis aggravatis & reaggravatis publice de ambonibus ecclesiarum vestrarum excommunicatos denuncietis nec ab his cessetis nisi aliud receperitis in mandatis Præterea si qvod deus avertat prefati denunciati excommunicati aggravati & reaggravati dictas erectionem institucionem decretum statutum reservacionem concessionem & voluntatem apostolice sedis antedicte adhuc non admiserint cum effe-

ctu ac consensu implendi & ad effectum deducendi memoratis dominis principibus & ducibus magnopolensibus omnia & singula in hujusmodi literis apostolicis expressa & contenta non prestiterint ac fecerint ab aliis qvantum in eis est prestari neqve per eorundem literas sive instrumentum publicum de hujusmodi effectuali admissione paricionis & consensus prestacione nos certificaverint dictasqve sanctissimas denunciationem excommunicacionem aggravacionem & reaggravacionem per alios duodecim dies dictos triginta sex dies immediate seqventes sustinuerint pharaonis duriciam imitando ad modum aspidum surdarum aures suas obturancium ne voces audiant incantancium Nos extunc prout ex nunc & è contra lapsis terminis antedictis omnes parochiales ecclesias videlicet beate marie virginis s. jacobi s. petri & s. nicolai ac etiam monasteria s. johannis predicatorum s. katharine minorum ordinum ac fratrum de communi vita nec non s. crucis monialium ac etiam capellas s. gertrudis s. spiritus & s. georgii intra & extra muros dicti opidi rostockexistentes existencia ac etiam omnes & singulas villas opida villarumqve & opidorum parochiales ecclesias in & sub dominio dictorum rostockcensium ut premittitur denunciatorum excommunicatorum aggravatorum & reaggravatorum existentes sive existencia generaliter in scriptis dictis duodecim dierum termino effluxo Qvorum qvatuor pro primo qvatuor pro secundo reliqvos vero qvatuor pro tercio & peremptorio termino eisdem assignamus canonica tamen monicione premissa dicta auctoritate apostolica nobis commissa & qva fungimur in hac parte continuo ecclesiastico supponimus interdicto ac in omnibus & singulis civitatibus opidis castris villis suburbiis & qvarumcunqve ecclesiarum collegiis parrochiis & aliis qvibuscunqve locis in & sub qvibus & ad qvem dictos denunciatos excommunicatos aggravatos & reaggravatos ac interdictos seu eorum aliqvem morari declinari seu devenire contingat qvamdiu ibidem fuerint seu eorum aliqvis fuerit cessetis & ab aliis cessari faciatis apertis januis ac divinis Qvam cessacionem per tres dies continuos post ipsorum denunciatorum excommunica-

municatorum aggravatorum & reaggravatorum & interdictorum vel alterius eorundem ab inde receſſum obſervetis & continuetis ac ab aliis qvantum in vobis eſt obſervari & continuari faciatis Mandamus vobis omnibus & ſingulis dominis ſupraſcriptis qvatenus ſub pena late excommunicacionis ſanctiſſime irregularitatisqve nota ne inibi ſtante hujusmodi interdicto ſive durante ceſſacione hujusmodi qvod & qvam dictam autoritate apoſtolica canonica monicione premiſſa ferimus dei nomine in his ſcriptis & etiam promulgamus aliqva divina officia celebretis ſeu eccleſiaſtica ſacramenta miniſtretis neqve aliqvo modo celebrari ſeu miniſtrari permittatis preterqvam in caſibus à jure conceſſis & permiſſis niſi baptiſmus & prima omnibus indifferenter eucariſtia infirmis tantum & privatim ſine eccleſiaſtica ſollennitate contrahatur ac inibi & ſub iisdem locis decedentibus eccleſiaſtica denegetur ſepultura Non ceſſantes ab his donec & qvousqve aliud ſuper hoc habueritis in mandatis Conſciencias veſtras & cujuslibet veſtrum in domino deſuper onerantes cum intimacione & certificacione premiſſa qvod ſcilicet dictis monitis in hujusmodi monicione terminis ſic ut premittitur eis ſucceſſive prefixis & aſſignatis per ipſorum patentes literas ſigillo eorum ſolito ſigillatas vel inſtrumentis publicis nos de paricione & obediencia hujusmodi certos reddiderint nos nichilominus tunc & in qvolibet dictorum terminorum termino ſucceſſive easdem cenſuras & penas ſupradictas executioni de mandabimus ac alias prout juſtum fuerit facere curabimus dicta apoſtolica auctoritate nobis commiſſa & qva fungimur in hac parte ipſorum aut alterius eorum contumacia & rebellione in aliqvo non obſtante In qvorum omnium & ſingulorum fidem & evidens teſtimonium premiſſorum patentes literas ſive preſens publicum inſtrumentum hujusmodi noſtrum proceſſum & cenſuram predictam in ſe continentes ſive continens exinde fieri & per notarium publicum noſtrumqve & hujusmodi cauſe coram nobis ſcribam infraſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus noſtriqve ſigilli qvo in talibus utimur juſſimus & fecimus appenſione communiri. datum & actum in caſtro noſtro ſchonenberg ſub anno à nat. dni milleſimo qvadringenteſimo octuageſimo qvinto indi-

ctione

ctione tercia die v. mercurii prima mensis junii pontificatus sanctissimi in christo patris & domini nostri domini Innocencii divina providentia pape octavi anno primo presentibꝫ ibidem commendabilibꝫ viris dno. hermanno bygad. cappellano nostro & valido ottone rosenhagen famulo nostre diocesis testibus ad premissa vocatis.

Et ego rudolphus schoppe clericus raseburgensis diocesis publicus sacra imperiali autoritate notarius prefatiqve reverendi in christo patris & domini domini Johannis episcopi razeburgensis & executoris ac in hujusmodi negocio coram eo scriba qvod hujusmodi literarum apostolicarum presentacioni & recepcioni protestacioni intimacioni publicacioni processus peticioni & decreto ceterisqve omnibus premissis dum sic ut premittitur per dictum dom. episcopum & coram eo fierent & agerentur una cum prefatis testibus presens interfui eaqve sic fieri vidi & audivi Ideoqve hoc presens publicum instrumentum hujusmodi processum in se continens manu alterius ingrossatum subscripsi publicavi & in hanc publicam formam redegi signoqve & nomine meis solitis & consvetis una cum appensione secreti dni. episcopi & executoris de ipsius expresso mandato consignavi rogatus & reqvisitus in fidem & testimonium omnium & singulorum premissorum.

Ex promisso alterum nunc sese offert monumentum, uempe Carminis de hostia Sternbergæ â Judæis confossa, olim latinè conscripti h. v. *Convolat in montem Stellæ* &c. Versio germanica, à Bibliotheca Ducali Sverinensi in membrana hodie asservata.

Dis geschehnau einst der Jahr/
Dat de vermaledigete beschnedene Schaar/
Tom Sterenberg is to samde kamen/
Eene Werdschop clicken dar to holden:

Fruwen

Fruwen und Mann Junck und Olden /
Dar hedde man wol vornamen/
Dranck und Kost to so danen Dische
Wild und tam Vleisch unde Fische/
Und wat dar bevelt dem Schmacke.
Seedenspeel künstig / und geringe /
Striken / Dansen / und idelke Dinge
Sanges gevel na allem Gemake.
Dit möcht me al dar hebben mercket
Woker / boven Hövetstol / ghestercket.
An Panden dar entoget mennigerleye/
Um dat Kalff de spottesche Danß
Wart wedder üppet / degger gantz
Van dullen jödeschen Geschreye.
Doch ditt stunt alle tho verdulden /
Heddest du Jöde van heitlicken* Schulden *heßlichen
Dyn Lachend nicht endet mit Schmerte/
Dat leste dyns wuchens mas moye/
We und weynend mit Jammers Broye
Me en hebben den een steenig Herte.
Wente dörch gar geringe Löffte/
Ein Prester Leyder eene verkoffte
Twe zarte Hostien consecrert/
Dat Huß dar de Werdschop schach/
Wert gewandelt in eener Mangels-Vlach/
De Taffel als eene Kapstede* geberet/ *wohin alle
Dar me scholde guden högben syn/ sehen solten
Wert dat Lach gewandelt in Pyn /
De Brode in Brevel / Grimmichheit /
Spiese/ was nicht went Preckel und Stecke/
Wyn de wunderblodes Becke
Twe plackede Döker syn noch bereit :
Sus vornygeden*, soein Crütze dar/ *verneueten

Dy Schepper / Regerer / und Vorlöser twar
O Gnadenriker Here myne /
De Taffelis Crütze de Hande Strenge /
Laster is Geitzel* dran Dorne dmenge / *Geissel
Nest / Speer Natel mag Nhagel syn /
Du segst ; myn Volck so lang geprövet /
Wormede hebbe eck dy bedrövet
Deme da dat Crütze süß beresi:
Hebbe eck dy nicht den Banden etlett /
Overt rode Meer dhröge gelett /
Unde so den van Eypyten entgehst
Vertig Jahr in de Wostenye
Was hemmelisch Brod dyn Leckerye /
Darvor my över ein Crütze stifftest:
Eenen Wyngarden hebbe ick dy uterwehlt /
Water ut dem Steene tor Lavinge gemelt /
Sunder sacke du dick vorghifftest /
Surlinge my vor Druffelen reckest /
Gallen vor Honig bitterlich leckest /
Dat Crütze anrichtende anderwerff /
Undanckbahr uter Woldaden finde eck dy /
Dyn Leve / Brochte und Fre to my
Schatte eck noch ringer den een Scherff
Tegen dem Vader du Söne bremmest /
Du Knecht tegen den Hern dy remmest /
Tegen Gad / du unrechtige Creatur
Mit List ahne Krafft dy wedderset!
Deme Huse up een Hilgen Loven ghevest.
Van Anbeginn der Addern Natur /
Wenn du rede brukest dyner Macht /
Tegen Brud und Brodegam in wreder acht
Ane Lyden und Ende so noch bestahn /
Süsteen hefft sülven Godes Sohn /
Sek verantwordet mit limpliken Tohn
Ek mag ed Vorlangen sunder wan
De ek Jhesu een Vorfechter bin /

Wat

Wat will eck wünschen im tornigen Sinn/
Dy leidigen verworpenen Jöden/
Wer du wol der Keserliken Gewalt
Und Gesetten entgingest mennigfalt.
Schwepen behören tegen de Roden/
Bsundern dy/ dar du dat höbet/
Unde nicht de *leemate** hest geschonet *Gliedmassen
Jesum sülvest du venynische Hund
Wat krigst du tho Lohne/ einen hesstigen Schmock/
Die Pyne wert dortrecket ok
Tho Pulver gar verbrand von Stund
Des dyn Geschlechte vorder entgelt/
Wor see sik to malken hebben sett/
Vorstettet werden intsamen/
Vorbeydest* du noch dat Land so söte *Erwartest
In Honiges und in Melkes-Vlöte/
Herschende Boven alle Nahmen/
Nu wanest du in der Statt billichte
Der nemand bullschrifft ör schon Geschichte
Sekerliken allen Storm erbeedest.
Doch mit seenden Ogen bist du blind
In schrifftliken Sinne juwer neyn* erwinnt/ *niemand
Dat du gheistliken beth uhtledest/
Eyn Muß der Kypen/ dem Schote eyn Schlange
Der Volden een Für dit degger bange/
Wat wünsche ek dy du leide Geist
Der teese uorfallen is al die Goit
Mesröchlig dy schlechte dregt dröven Molt
Trostelos dar id des behovet meist;
Een bitter Pyn is an dat Leven
De Tod were im een Trost gar eben/
Wol kümpt de im traghem trede
Untelicker Teken de dar geschein
Leyder so en bewegt nicht eyn
Sus dullet se bulle na older Seede
Erbeydn och unde weist nicht ween/
Thokumpstigen Messias du nomest den/
He is gekamen kehre wedder/
Dyn Art to *Penslyn* sek bernyget.
Een Mönk der Geistlichheit vortyet
Dorch dy thüt he in Nutzen nedder/
Noch twee Hostien he dy ghifft

Darmede

Darmede din Volck een Spott drifft
Vormelde de/ edder Korthes vorgha
Den armen Prester dar brochtest tho
Dat he in Jsern und Düer leit also
Van stund he entwiget was darna.
Dessen Dinger hefftu gheplogen vil/
Ek en weit nicht wat ek dy bidden wil/
Du stinkende Drog van Arden/
Gvelle unde blut dorre und stincke
Kryle und bule alderweghen plincke/
Nemand en könne dins Trostes warden
Heitlike *Slavon* egben und ungheseen
Der ewigen Pyn kanstu nicht entfleen
Ed der süst mit Ruwe wedderkehrest/
Der Kerken Dör di apen steit
Dar Hedenschop lovende henn in gheit
Gha mede und bestit wat du begehrest.
Wowoll disser Gelschop Tael was grot
Tom STERNEBERGE likewol Braudesnott
Leit dat beerde *part* van hundert.
Eleazar Höbetmann kam en weg
Syn Wyff sülff ander ghing Ordelsstech
Der Plage hefft mennigen wundert
Desser Geschicht me denken mag
Don me de Eddlen Heeren sach
Tho Mecklenborg frisch regeren.
Hertogn *Magnus* und *Baltazar* Gebröder
Alse merer beler unde groten Göder
Prißlick mit Tucht unde Eeren/
Der Straffbinge see nicht plegten tho spahren
Unde deßer hie Hobetlüde waren
In eerer Stadt Rostock genant
Int Jahr uns Christenen bordelich
Veertein hundert twe und negentich
So id röchtig is und bekand/
De Ehrwerdighe tho Sverin Bischop Cord
Gheinck sek sülff sevede dar vort/
Den Misdeder süß *degraderde*
Herr *Peter* Denne vorher ghenomet/
Me hopet denen he jy unverdömet
Went he gar böetlicken gheberde.

(O)

ADDENDA.

Quo avidiori Lectori harum paginarum tanto magis consulam, jungo hic nonnulla, quæ serio paulo mihi exhibita, ad majorem tamen Lostianæ familiæ cognitionem, atq; illustrationem pag. 8. 9. & 10. faciunt. Floruit autem jam ao. MCCCLXXX. JOHANNES LOSTIUS qui Senator Civitatis Wismarienſis, inde ad annum ejus ſeculi octogeſimum nonum, quo demortuus eſt, exſtitit. Non pro certo affirmare poſſum, an hujus filius, an vero frater fuerit alius quidam GERHARDUS LOST. qui anno ejus ſeculi nonageſimo primo ſenatoria dignitate ibidem fuit ornatus, & ſequentis ſeculi anno octavo inter Conſules receptus, qua dignitate etiam usque ad annum ſecutum decimum ſextum conſpicuus fuit. Ab hoc GERHARDO conjicio tres filios relictos eſſe, NICOLAUM, illum Canonicum Lubecenſem, (vid pag. 9. & 14) PETRUM, CONRADI noſtri parentem, aliumq; HANS LOSTE dictum, civem Wiſmarienſem primarium, qui vixit circa annum circiter MCCCCL. PETRUM LOSTIUM ab omni ſuſpicione, quaſi ipſe ob partium ſtudium à ſeditioſis turbatoribus illis fuerit electus Conſul, (vid. pag. 24.) facile liberabit, ſi noverimus, eos qui tempore tumultus ab A. 1427, in ſenatores & Conſules electi ſunt, ex fece plebis fuiſſe deſumtos, ſicuti oſtenditur ex Manuſcripto quodã fide digniſſimo, cujo ſequentia verba mecum communicavit Vir rerum patriæ, Wiſmariæ ſuæ, ſcientiſſimus, admodum Reverendus Dominus M. SCHROEDERUS, Verbi divini ibidem ad D. Mariæ Miniſter præclare merens, fautor atque amicus inde ab academicis annis mei amantiſſimus. Verba hæc ſunt:

Domina KATHARINA ad clamorem populi ſenatum depoſuit, & repoſuit alium, qvem cives nominaverunt ex communibus civibus, unum carnificem, unum lanificem, unum ſartorem, unum piſtorem, unum ſutorem, unum fabrum, unum doleatorem, unum inſtitorem &c. *Deinde etiam notandum, nomina eorum, qui inter dictas turbas illas atq; motus*

mot9 Wismarienses patres fuere conscripti in matriculã ejꝰ Civitatis nunqvã esse inserta, qvo tanto felicius memoria omnis istius perturbationis exoleſceret: hujus vero PETRI LOSTII, & collegarum ipsius mentio in albo facta est, certissimo indicio, eos atro inter sedicioſos calculo non esse notandos. Qvod superest, veniam dabit B. L. festinationi Typographi, si qva in numeratione paginarum, vel nonnullas etiam in vocibus literas minus recte positas accuratior ipsius oculus offenderit. Leget autem nobiscum p. 7. l. 14 pro suis, sui. p. 32. in not. (x) pro p. 307. leg. p. 370. p. 39. l. 42 pro thoro leg. toro p. 41. l. 7. pro septuages. diu sexagesimũ, l. 19 pro Sverinensis, Sverinens. p. 44 in adjecto carmine rectius forsan nonnulla legerentur, si concessum fuisset alia Msti exemplaria conferre. Noluit tamẽ qvicqvã mutare, qvamvis pro nudus linea 2. præamarem rudis, & l. 16. pro senior, serior, p. 46. l. penult. in notis pro not. (d) leg. (c), & ad literam (e) in textu pro (d) positam inferius hanc notulam adde: (d) Conf. Excellentissimi Dn. D. GRAPII, Fautoris atqve Collegæ nostri multo honoratissimi, recentissimum scriptum Das Evangel. *Rostock p. 214, p. 47. inferius notæ prima præfigatur (e); pag. 52. in not. lin ult. pro Cap. XIV. 19. leg. c. XI, p. 91. pag. 55. in not. lin 2. pro Disput. I. tit. XI. §. 4. leg. Disp. II. Tit. I. §. 17. pag. 61. lin. 9. pro propriis suis leg. propriis suis BONIS. &c.*


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn821959239/phys_0112
DFG

Roſtock ac alias ubilibet exiſtentibus per provin-
nagdeburgenſem maguntinenſem colonienſem
menſem lundenſem ottomienſem arnſtedenſem
aminenſem wratislavienſem wormienſem lu-
ergenſem hildenſemenſem halverſtadenſem. min-
m ſleſwicenſem lubicenſem zwerinenſem ac re-
dacie ſwecie norwegie polonie anglie ſchocie
conſtitutis preſentibus comm er vel diviſim
usqve aliis & ſingulis qvib nominibus
vacunqve prefulgeant di ore & au-
m reqviſiti fueritis ſe reqvi-
domino & noſtris h olicis
mandatis. liter &
omini Innoce
lumbea m
s non vic
mni
iter
ſentata
nodi ſub t

opus ſervus ſer rei memo-
cordis noſtri de mum reputa-
re proviſionis min ngulis decus ac-
honeſtas continue au dos qvoqve fidelium
o, & in eis tales miniſtri antur per qvorum vir-
eccleſie ipſe illuſtrantur & qvi in illis divinas laudes
e perſolvant & ut ea feliciter conſeqvi valeant opem
prelatorum eccleſiaſticorum & catholicorum principum
antum nobis ex alto conceditur impendimus efficaces.
qvod licet opidum Roſtock zwerinenſium dominorum
inter

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com
VierFarbSelector Standard* - Euroskala Offset
Focus
Balance
HARTBLEI
© 2009 digitalfoto-trainer.de

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821959239/phys_0113
DFG